Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

1,-117 DA S-Rum

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°

1 1 01 0 8 02127 9

+REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

1215

TRIAS MEDITATIONUM SACRARUM

in Pſalmum XXIII Regis & Prophetæ Davidis.

Authore

CHRISTIANO MATTHIA SS. Theologiæ D. & Superintendente Auſtralis Dithmarſiæ.

Lege & Judica.

HAMBURGI,
Impenſis MICHAELIS HERINGII.
ANNO M. DC. XXIX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

VIRIS

ADMODUM REVERENDIS

CLARISSIMIS EXCELLENTISSIMIS & DOCTRINAE
veritate & Vitæ integritate fulgentiſſimis, Dominis Paſtoribus
in Inclyta Civitate Hamburgenſi, de Eccleſia Chriſtiana
præclarè meritis, amicis ac Fratribus meis in
Chriſto conjunctiſſimis.

DN. M. MARTINO VVILLICHIO

Paſtori ad D. Catharinæ, & Rev. Miniſterii Seniori.

DN. M. NICOLAO HARTKOPFIO

Paſtori ad D. Nicolai.

DN. M. SEVERINO SLUTERO

Paſtori Jacobæo.

DN. JOHANNI MOLLERO, SS.

Theologiæ Licentiato & Paſtori ad D. Petri.

DN. GERHARDO GRAVIO,

SS. Theologiæ Licentiato & Paſtori Eccleſiæ Cathedralis atq; Lectori SS. Theologiæ ſecundario.

IN AMICITIÆ MONUMENTUM.
IN PANHARMONIÆ IN DOCTRIN
cœleſti DOCUMENTUM.
Inq; AFFECTUS VERI & SINCERI TESTIMONIUM
Offert & conſecrat

CHRISTIANUS MATTHIAS SS. Theol. D. & Eccleſiarum in Auſtrali Dithmarſia Superintenden

154

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

TRIAS MEDITATIONUM SACRARUM IN PSALMUM XXIII.

TEXTUS HEBRÆUS.

מִזְמוֹר לְדָוִד יְהוָֹה רֹעִי לֹא אֶחְסָר׃

בִּנְאוֹת דֶּשֶׁא יַרְבִּיצֵנִי עַל־מֵי מְנֻחוֹת
יְנַהֲלֵנִי׃

נַפְשִׁי יְשׁוֹבֵב יַנְחֵנִי בְמַעְגְּלֵי צֶדֶק לְמַעַן
שְׁמוֹ׃

גַּם כִּי־אֵלֵךְ בְּגֵיא צַלְמָוֶת לֹא־אִירָא רָע
כִּי־אַתָּה עִמָּדִי שִׁבְטְךָ וּמִשְׁעַנְתֶּךָ הֵמָּה
יְנַחֲמֻנִי׃

תַּעֲרֹךְ לְפָנַי שֻׁלְחָן נֶגֶד צֹרְרָי דִּשַּׁנְתָּ
בַשֶּׁמֶן רֹאשִׁי כּוֹסִי רְוָיָה׃

אַךְ טוֹב וָחֶסֶד יִרְדְּפוּנִי כָּל־יְמֵי חַיָּי
וְשַׁבְתִּי בְּבֵית־יְהוָֹה לְאֹרֶךְ יָמִים

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Verſio Greca.

Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ.

Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει, εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν.

Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με, τὴν ψυχὴν ἐπέστρεψεν.

Ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ᾽ ἐμοῦ εἶ.

Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗται με παρεκάλεσαν.

Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με.

Ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριον σου μεθύσκον με ὡσεὶ κράτιστον.

Καὶ

Verſio Latina.

v. 1. DOminus (Jehovah eſt) paſtor meus; nihil mihi deerit.

v. 2. In paſcuis herbæ viridis me facit accubare, ad aquas quietudinum ducit me.

v. 3. Animam meam convertit (reducit, recreat) deducit me in viis juſtitiæ propter nomen ſuum.

v. 4. Etiamſi ambulavero in valle umbræ mortis, non timebo malum: quia tu mecũ (es) virga & baculus tuus, ipſa me conſolantur.

v. 5. Diſpoſuiſti in conſpectu meo menſam è regione hoſtium meorum: inunxiſti oleo caput meum & calix meus exuberans (eſt.)

v. 6. Quin

Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου.

Καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ κυρίου, εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

v. 6. Quin etiam bonũ & miſericordia ſubſequentur me cunctis diebus vitæ meæ: Et habitabo in domo Jehovæ in longitudinem dierum.

MEDITATIO PRIMA.

TEXTUS.

DOminus Paſtor meus,
nihil mihi deerit.
v. 2. In paſcuis herbæ
viridis me facit accu-
bare, ad aquas quietudinum du-
cit me.
v. 3. Animam meam converti
(reducit, recreat) deducit me in
viis juſtitiæ propter nomen ſu-
um.
v. 4. Etiamſi ambulavero in val-
le umbræ mortis, non timebo
malum: quia tu mecum (es) vir-
ga & baculus tuus ipſa me conſo-
lantur.

v. 5. Diſpoſuiſti in conſpectu meo menſam è regione hoſtium meorum: inunxiſti oleo caput meum, & calix meus exuberans (eſt.)

v. 6. Quin etiam bonum & miſericordia ſubſequentur me cũctis diebus vitæ meæ: Et habitabo in domo Jehovæ in longitudinem dierum.

EXORDIUM.

Hic *Pſalmus verbis quidem brevis, ſed ſenſu eſt longus. Continet enim rudimentum totius Chriſtianismi noſtri.* Nam hic *Pſalmus* eſt.

I. *Didacticus.* Deſcribit namque ſub duplici imagine eaque venuſtiſſima Chriſti Paſtoris noſtri officium atque multiplex erga nos beneficium. *Prima* eſt deſumta à *Paſtore & Ovicula Secunda* à *convivio opiparo. In prima* intro-

troducit Chriſtum ut Paſtorem, ſe verò ut ovem, quæ à bono illo animarũ Epiſcopo & Paſtore, ſaluberrimo cæleſtis doctrinæ pabulo alatur & limpidiſsimis verbi divini rivulis potetur, v. 2. & refocilletur, v. 3. quæ ab eodem in viam, ſi quando aberraverit, reducatur, v. 3. quæq; in omnibus periculis, afflictionibus, & morte ipſa, adverſus omnes hoſtes ſpirituales & corporales ipſius præſidio tuta ſit. v. 4. 5.

In altera verò introducit DEum ut Convivatorem: ſe verò ut Convivam, qui lautiſsimis panis illius cæleſtis epulis alatur: quæ vino illo Legis divinæ pectorum vulneribus infuſo emendetur: qui Evangelij & Spiritus ſancti oleo iisdem inſtillato ſanetur, qui deniq; omnibus tam præſentis, quam æternæ vitæ commodis & gaudiis abundè cumuletur.

II Paracleticus. Quia David in eo ſeipſum conſolatur contra metum egeſtatis & omnis generis calamitatis atq; adverſitatis. Quoniã Chriſtus Paſtor noſter cæleſtis pios ſuos lautè paſcat, paternè regat ac potenter adver-

ſus

ſus omnia mala ingruentia defendat, atq; ut Convivator benigniſſimus, eos, in hac valle lacrymarum Pſal. 84. oberrantes, humaniter excipiat, liberaliter tractet & ſuaviter recreet, ut cæptum pietatis curſum, ipſo annuente, feliciter poſſint abſolvere. Et hoc ipſum exemplo ſuo edoctum David ingenuè in hoc Pſalmo profitetur, & hac conſideratione ſeipſū omnesq́; fideles vult erigere & conſolari.

III. Euchariſticus. Quia David Chriſto DEO & Paſtori animarum ſummo, gratias agit pro omnibus beneficiis, ſpiritualibus & corporalibus, proq; ea felicitate, in qua per ipſum collocatus eſt, ut alios ſuo exemplo ad perpetuam tantorum beneficiorum ἀνάμνησιν & recordationem & lætam gratiarum actionem exhortetur.

PARTITIO.

I. De fideli animarum Paſtore.

II. De liberali Convivatore.

PARS PRIMA DE FIDELI animarum Paſtore.

v. 1. Dominus Paſtor meus, ni-
hil mihi deerit.

In Propoſitione notãda ſunt duo Antecedens & Conſequens.

In hiſce verbis continetur Propo-
ſitio hujus Pſalmi. Dominus paſto[r]
meus.

1. Antecedens. *Continet ſubjectũ, tum Prædicatum.* 1. Subjectum.

I. *Anteced.*
1. *Subjectũ, Jehovah*

γενικῶς notat Deu[m]
um verum & ſub[...]
ſtantialẽ qui eſt à ſe [...]
ſeipſo, & à quo [...]
ſunt omnia Act[...]
17. Rom 11. εἰδι[...]
κῶς notat h. l. [...]
Meſſiã promiſ[...]
ſum, ſive Chriſtũ [...]
DEI Filium, qui [...]
ſecundum Dei[...]
tatem eſt verus [...]
& æternus Deus [...]

Nam Chriſtus paſſim in ſcriptura[...]
Paſtor noſter appellatur.

In V. T. Pſal. 80. Eſa. 40, Jerem. 23.
& 31. Ezech. 34. & 37. Zach. 13. Quod
dictum ad Chriſtum in hiſtoria Paſ-
ſionis accommodatur Matth. 26 &
Marc. 14.

In N. T. Joh. 10. Chriſtus ſeipſum
bonũ Paſtorem appellat. A.A

— Petro Apoſtolo vocatur ἀρχι-
ποιμὴν paſtorum princeps Ertzhirte
1 Pet. 5, 4. Item ποιμὴν & Epiſcopus
animarum noſtrarum 1. Epiſt. c. 2.
ỷ. 25. Hebr. 13. v. 20 vocatur Paſtor
ovium magnus ὁ μέγας.

2. *Prædicatum* — Eſt *Paſtor meus.* 2. *Prædicatum.*

1. *Vox Paſtoris* eſt valdè emphatica. Quando enim ſpiritus S. omnem pietatis, charitatis, ſuavitatis atq; ſolicitudinis affectum vult exprimere, nomine Paſtoris hæc omnia ſignificare ſolet. Nã hac voce plus denotatur, quam ſi vel Pater, vel Cuſtos, vel Dux appellaretur. Etenim Paſtor non tantum alimentandi, ducendi, regendi, ſervandi & ſanandi curam gerit, ſed etiam quodammodo Pater eſt. Hinc *Paſtores* dicuntur Eccleſiæ *miniſtri* Act. 20, 28. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos ſpiritus S. poſuit Epiſcopos ad paſcendam Eccleſiam DEI, quam redemit ſuo ſanguine. Et *Magiſtratus Politici* 2 Sam. 5, 2. Paſces populum meum Iſrael & tu eris dux ſuper illum. 2 Sam. 7. 7. Judicibus præcepi paſcere populum meum Iſrael. Quare ſicut Paſtores curare ſo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

lent oves ſuas : Ita quoque Chriſtus Paſtor ille bonus fideliter oves ſuas curat.

2. Vox MEUS etiam eſt Emphatica. Jehova eſt Paſtor Meus inquit David.

Pronomen MEUS additum h. l. voci PASTORIS

Fidei ſalvificæ deſcribit qualitatē: Objectū enim fidei ſalvificæ eſt duplex *Generale & ſpeciale. Generale* eſt De⁹ indeterminatè conſideratus, in quem juxta ſymbolum Apoſtolorum fideles credunt. *Objectum ſpeciale* eſt DEUS determinatè conſideratus, vel quod idem eſt, Chriſtus Mediator & Redemtor per fidelem apprehenſionem noſter factus. Non enim ſufficit ſcire eſſe Deum & credere in Deum, niſi & Pronomen poſſeſſivum MEUS & NOSTER addatur. In *hiſce enim Pronominibus conſiſtit ſalutaris applicatio & gratioſa* DEI *poſſeßio, qui totus noſter eſt eſſe debet.* Elegans *eſt locus* in Pſal. 140, 7. ubi David inquit ad Deum : Dixi Domino DEUS MEUS es tu, exaudi vocē deprecationis meę, quaſi dicat ſe ſymboli lo-

in omnibus ſuis precibꝰ illud uſur-
pare & DEO que ante oculos ponere:
Deus MEUS es tu & certo ſtatuere,
quod omni tantum ſit DEus Abraham,
Iſaac & Jacob, ſed etiam ſuus DEUS.
Huc pertinet *axioma theologicum: Fides Chriſtianorum non debet eſſe tantum generalis, ſed etiam ſpecialis vel individualis, qua quæ omnibus Chriſtianis tribuũtur in genere, nobis appropriemus & applicemus in Specie.* Sic Zach. 13, 9. DEus verus ita loquens introducitur: Ipſe vocabit nomen meum & ego exaudiam eum & dicam: Tu es populus MEus, & ipſe dicet: Dominus DEus MEus es.
Quibus verbis intima conjunctio & arctiſſima DEI cum electis confœderatio deſcribitur, quos amplexus eſt, ut ſponſus ſponſam ſuam, ſicut ipſe DEus conceptis verbis Hoſ. 2, 19 & 24 loquitur: ſponſabo te mihi in ſempiternum, & ſponſabo te mihi in juſtitia & judicio, & in miſericordia & in miſerationibus, Et ſponſabo te mihi in fide, & dicam non populo meo: Populus MEus es tu, & ipſe dicet: DEus MEus es tu.

II. Conſequens.

II. *Conſequens Nihil mihi deerit.* Argumentatio Davidis eſt talis. Chriſtus verus Deus & omnipotens Dominus eſt Paſtor meus. E. nihil mihi deerit.

Senſus: Ego, inquit, David, ſum miſera, infirma & errans ovis, ſed potẽtem habeo defenſorem, nempe Chriſtum verum & æternũ DEum, qui me paſcit, ducit, regit & adverſus omnes hoſtes ac pericula potenti ſua dextera defendit. Huic confido, in hũc ſpero, Idcirco nihil mihi deerit, Ego nulla re indigebo, ſed verè beatꝰ ero, qui omnia habentem habeo, ut Auguſtinus inquit.

Doctrina de Chriſti Paſtoris Officio.

Doctrina de Chriſti Paſtoris officio.

Titulus hic Paſtoris officium Chriſti ejusque amicum & verè paternum erga nos affectum graphicè depingit. Quia ex eo effulget ejus erga nos 1 *Charitas.* 2. *Humilitas.* 3. *Humanitas.* 4. *Liberalitas* & 5. *Fidelitas.*

I. Chriſti Paſtoris erga Oves ſuas Charitas.

I. CHARITAS.

Quia Chriſtus Paſtor ille bonus incredibili & ineffabili nos oves ſuas complectitur amore, eũq; variis modis erga nos oſtendit.

Car-

quam 6. modis o-ſtendit. 1. Carnem noſtram aſumendo

Carnē noſtram aſſumendo. Quia Incar-
natio Filij DEI eſt ſum̄um erga nos ho-
mines amoris & favoris argumentum.
Nam noſtram carnem in ſuam perſo-
nam aſſumere ſibique unire dignatus
atq; per Incarnationem Frater noſter
Pſal. 22. Ioh. 20. Hebr. 2. factus eſt, at-
que adeò eſt os ex oſsib⁹ noſtris & ca-
ro ex carne noſtra. At quis carnem ſu-
am unquam odio habuit? inquit
Apoſtolus Eph. 5. Verbū caro factum
eſt & ἐσκήνωσε habitavit inter nos, ut
homo vulgaris, qui tamen erat Deus
& unigenitus DEI Filius in cælis Joh. 1.
Unde Chriſto nato Angeli jubilando
cantant: Gloria in excelſis DEO: Pax in
terris, & in homnibus εὐδοκία hoc eſt
bona voluntas Luc. 2. Quia DEI dile-
xit nos in dilecto Eph. 1. Et ex ipſius ple-
nitudine nos omnes accepimus grati-
am pro gratia Joh. 1. Et ſymbolum Ni
cenum ait: Propter nos & noſtram ſa-
lutem de cælo deſcendit, & homo fa-
ctus eſt. Nulla enim veniendi cauſa fu-
it, niſi peccatores ſalvos facere. Tolle
morbos, tolle vulnera, & nulla eſt me-
dicinæ cauſa. Hugo lib. de Sacramen-

tis. Vos eramꝰ omnes velut oves erran-
tes, At Chriſtꝰ Paſtor noſter ideò in de-
ſertũ mundi venit, ut nos quærere, &
quod perierat, ſalvaret. Luc. 19. v. 10.

2. Toti Legi divinæ ſe ſubjiciendo.

2. *Toti legi divinæ ſe ſubjiciendo.* Qui
ex immenſa charitate legi divinæ ſe
ſubjecit, & ut Apoſtolus loquitur, fa-
ctus eſt ſub legem (hoc eſt legis male-
dictionem in ſe recipiendo eiq; ple-
niſſimè ſatisfaciendo) qui ſub lege e-
ramus, à Lege redimeret Gal. 4.

3. Peccatum noſtrum & omnes peccatorum pœnas in ſe recipiendo.

3. *Peccatum noſtrum & omnes pecca-
torum pœnas in ſe recipiendo*, Quia eum
qui non novit peccatum, Deus pro
nobis fecit peccatum 2. Cor. 5.
Magna eſt Charitas, quando quis o-
nus graviſsimum, quod alteri impo-
ſitum eſt, difficile portatu imô im-
poſsibile, in humeros ſuos recipit, &
alterum onere iſto ſublevat. Quan-
ta igitur charitas eſt dicenda, quod
Dei Filius, qui ſine peccato erat, no-
ſtri tamen cauſa onus peccati graviſsi-
mũ à nobis tranſtulit & in ſe recepit

4. Paſſionem graviſſimam & mortẽ

4. *Paſsionem graviſsimam & mortem
crucis diriſsimam noſtri causâ ſuſtinendo.*
Quia nos omnes eramus velut ove-

cno

errantes, DEUS vero Pater omnium
noſtrum peccata in ipſum conjecit
(in paſſione) Eſa. 53. Sicut enim, pa-
ſtor bonus per ſaxa, per dumeta, per
montes & valles currit & cibi potusq́;
obliviſcitur, ut ovem perditam quæ-
rat & inveniat: Ita Chriſtus in paſsio-
ne amariſsima ſpinea ſe vulnerari paſ-
ſus eſt corona & præ ſiti ingenti in
cruce clamavit: ſitio. Joh. 19, v. 28.
mmo anima eius usque ad mortem la-
boravit Eſa. 53. Ut nos oves perditas
quæreret & in ovile ſuum adduceret
Joh. 10. Imò ad civitatem DEI, viventis
cæleſtem Hieruſalem, & ad congre-
gationem multorum millium Ange-
lorum &c. Hebr. 12. v. 22. En immen-
ſam Chriſti Paſtoris erga nos oves er-
rantes charitatem! D. Paulus ait Gal-
.. Chriſtius dilexit me & tradidit
ipſum propter me. Ad hunc amo-
rem oſtendendum, Cor Chriſti in
paſsione eſt vulneratum, voluit enim
tus ſuum aperiri, ut per aperturam
vulneris poſsimus intueri, ſecretum
cordis. Ardebat Chriſti cor erga nos

crucis acerbiſsimâ noſtri cauſâ ſuſtinendo.

amoris flammis: illæ igiur ex aper
Christi latere clarâ luce emicuerun

——— —Utinamq; oculos in pectore poſſes.
Inſerere & patrias intus deprendere curas, ait ille apud Pöetam.

Pulchra eſt & pathetica Hugon de amore Chriſti Paſtoris erga nos exclamatio in lib. de charitate. O charitas, inquit, magnam vim habes quæ DEUM de cœlo trahere potuiſti ad terram, & vincere, imò vincire invincibilem! O quam forte vinculum tuum, quo ligari potuit DEUS (Nam mille vincire DEUM ligatum ad columnam & affixum ad crucem non valuiſſent, niſi vinculum charitatis tenuiſſet) Neſcio quid majus in laude tua dicere poſſim, quam quo DEUM de cælo traxiſti in terram & hominem in cælo levaſti de terra? O ſancta charitas! Uni nos magis ac magis amantes cum amato.

5 Per paſſionem amariſſimã & mortẽ ignominioſiſſimam nos redimendo.

5. *Per paſſionem amariſſimam & mortem ignominioſiſſimam nos redimendo.* Sicut enim Paſtor oves acquirit pe

Emti

Emtionem : Ita Chriſtus nos oves errantes acquiſivit per redemtionem, quæ ipſa quoque Emtio appellatur 2 Cor. 6. Caro precio emti eſtis. 1. Pet. 2. Redemti eſtis non argento & auro, ſed precioſo ſanguine Chriſti velut agni immaculati. Act. 20. DEUS ſuo ſanguine acquiſivit Eccleſiam. Unde peculiari loquendi ratione Chriſtiani dicũtur λαὸς εἰς περιποίησιν hoc eſt Populus acquiſitionis vel poſſeſſionis 1 Pet. 2. v. 9. Eph. 2. 1 Theſ. 5. 2 Theſſ. 2. Hebr. 10. Quæ appellatio quatuor ſub ſe comprehendit 1. quod populus Chriſtianus à Chriſto per ſanguinem precioſum velut per λύτρον ſit emtus 1 Cor. 6. & ab hoſtibus & exitio redemtus 1. Pet. 1. v. 18, 19. 2. quod populus Chriſtianus in poſſeſſionem ei datam à Patre, quæ ſe extendit usq; ad fines terræ Pſal. 2. 3. quod eundem populum etiam quietè & ſuais perpetua hæreditate poſsidebit. 4. quod ita poſsideatur ut ſit λαὸς περιούσιος hoc eſt populus peculiaris ac veluti ſpecialis quidam theſaurus præ

omnibus poſſeſsionibus ac rebus poſ-
ſeſsis acceptus.

Pulchra de vocibus & περιού-σιος & סְגֻלָּה

[Vox περιούσιος eſt vox emphatica,
quæ à LXX Interpretibus eſt formata
ad exprimendam vocem hebræam
סְגֻלָּה Deut. 7. v. 6. De Significatione
hujus verbi inter in Interpretes non
convenit. Hieronymus præſtantiſ-
ſimus ille Doctor Eccleſiæ negat, ſe à
quopiam ſecularium perito lingua-
rum potuiſſe diſcere, quod eſſet
περιούσιος: verum ex Deuter. c. 7. v. 6.
collegiſſe, Unde Paulus videtur ſuum
locum deſumpſiſſe., Eraſmus Rote-
rod. in Notis ſuper N. T. locum Tit. 2.
14. ubi Eccleſia dicitur λαὸς περιούσιος
ita interpretatur: Populus acceptabilis
ſive peculiaris. Quæ ſententia non
eſt improbanda, ſed rectè explicanda.
Nam περιούσιος eſt peculiaris, præſtans,
excellens, precioſus. Derivatur enim
περιούσιος à περίειμι præſto, antecello.
Ιλιαδ. α.

Οἱ περὶ μὲν βουλῆ Δαναῶν περὶ δ'
ἐστὲ μάχεσθαι.

Qui quidem conſilio & periti
bellandi Danais antecellitis.

Hin

Hinc Græci Bibliorum Interpretes vocem περιούσιος formarunt ad exprimendam vocem hebræam סְגֻלָּה Deut. 7. v. 6. ὅτι λαὸς ἅγιος εἶ κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, καὶ σὲ προείλετο κύριος ὁ Θεὸς σου εἶναι αὐτῷ λαὸν περιούσιον Populus ſanctus es Domino DEO tuo, te elegit Dominus DEUS, ut ſis ei POPULUS PECULIARIS de cunctis populis ſuper terram. Targ. Dilectus. Nam Exod. 19. v. 5. legimus quod DEUS in promulgatione legis ad populum ex Ægypto eductum dixerit: ſi audieritis vocem meam & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi סְגֻלָּה PECULIUM præ cunctis populis terræ. Targ. Dilecti. Luth. mein Eigenthumb. Uſurpatur quoq; hæc vox Deut. 14, 2. & 26, 18. Malach. 3, 17.

Vox hebræa סְגֻלָּה ſignificat duo. 1. Peculium proprium ſingulare aut peculiare. 2. Theſaurum, rem precioſiſſimam & chariſsimam, aurum & argentum, quæ inter metalla, & margaritas quæ inter lapides precioſos excellunt Eccleſiaſt. 2, 8. וּסְגֻלַּת מְלָכִים Theſauri Regum 1 Par 29. nempe au-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

rum & argentum, quæ ibi dicuntur peculium ſeu res peculiaris, quæ rara eſt & cara, ut ſi quis habet ſingularem theſaurum præ aliis rebus carum, aut bullam ex collo ſuper pectore pendentem, ut reges ac principes ſua ſigilla habent & clenodia, & ſigna, quæ ſymbola vocant. Notandum etiam hoc loco quod Grammatici Hebræorum nomine סְגוֹל vocarunt unum ex punctis vocalibus a figura habet enim tria pũcta in triangulo cõſtituta, quod referunt bullam auream, qualem reges à collo pendentem geſtant, tribus gemmis aut unionibus triangulariter ornatum. Et videtur etiam non eſſe ſine myſterio Trinitatis in divinis quam clenódij vice in pectore noſtro geſtare oporteat.

Quomodo Eccleſia V. T. dicta ſit λαὸς περιούσιος.

Unde quando populus Iſraëliticus ſive Eccleſia V. T. dicitur λαὸς περιούσιος ſive populus peculiaris, tum ſenſus eſt, quod Dominus illũ ſibi acquiſiverit redimẽdo eum è manu Pharaonis & educendo ex Ægypto, cumq́ꝫ eo fædus ſuum erigendo & ſegregando ab omnibus aliis terræ populis.

Quis

Quia juſtitias (ſtatuta) & judicia ſua manifeſtavit illis. Non taliter fecit omni nationi: ſicut David ait Pſal. 147, 19, 20 Unde Judæi de 4 rebus gloriari ſolebant. I erat τόπος Locus hoc eſt Urbs Jeroſolyma, quæ dicebatur civitas ſancta Matth. 4. in qua erat mons ſanctus Pſal. 2. quam DEUS contra omnes hoſtes ſe defenſurum Exod 14. eiq́; murum igneum fore promiſerat Zach. 2. II erat νόμος hoc eſt LEX DEI ſancta, in qua DEUS ſanctam ſuam veritatem illis revelârat eamq́; digitis ſuis in tabulis lapideis ſcripſerat Exod. 32. Deut. 10. III erat ναὸς hoc eſt TEMPLUM ſanctum, quod erat domus DEI, in quo DEUS caminum ſuum habebat Eſa. 31. & in propitiatorio arcæ fœderis inſiſtente habitabat Exod. 25. Pſal. 91. De hoc Templo gloriabantur Judæi Jerem. 7, 4 Templum Domini, templum Domini templum Domini. IV λαὸς hoc eſt *populus ſanctus* erat populus Iſrael & DEI peculium Ezod. 19, 5. Deut. 7, 6. ſemen Abrahæ Joh. 8 ex quo Meſſias ſecundum carnem oriundus erat Rom. 9.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Quomodo Eccleſia N. T. dicatur λαὸς περιούσιος.

Ita *Eccleſia N.T.* dicitur λαὸς περιούσι-
ος ſive *Populus peculiaris* Tit. 2, 14. I
quintuplici reſpectu. 1. *reſpectu acqui-*
ſitionis. Quia à DEO ſanguine proprio
acquiſitus eſt Act. 20. 26. 2 *reſpectu*
revelationis. Quia DEUS verbum Evan-
gelij peculiariter illi revelavit, nempe
per filium ſuum incarnatũ, quod in V.
T. non eſt factum, ſicut Hebr. 1. v. 1. di-
citur: DEUS olim (in V.T.) πολυμερῶς
καὶ πολυτρόπως hoc eſt multifariam
multiſque modis locutus eſt Patri-
bus per Prophetas v. 2. Vltimis v. tem-
poribus hiſce locutus eſt nobis per Fi-
lium, qui eſt Paſtor noſter & Epiſco-
pus animarum 1. pet. 2. 3. *reſpectu con-*
fœderationis. Quia DEUS in baptiſ-
mo fœdus cum fidelibus in N. T. eri-
git, Etenim cum Miniſter Eccleſiæ in-
quit: Ego baptizo te in nomine Patris
Filij & Spiritus Sancti ſenſus horũ ver-
borum hic eſt: Ego miniſter Eccleſiæ
publicè teſtor & ſignifico hoc, quod
nunc adminiſtro, Baptiſmi lavacro
quod DEUS Pater te (N) in Filium
adoptet: quod DEUS Filius te veſte
juſticiæ & indumento ſalutis induat

quod ſpiritus Sanctus per hoc lavacrum te regeneret & renovet.

4. Reſpectu *poſſeſſionis*. Quia DEUS in Eccleſia tanquam in hæreditate & poſſeſſione Pſal. 2. præſentiâ gratiæ habitat Joh. 14. Matth. 18. Ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Matth. 28. Ego ſum vobiſcum usque ad finē ſeculi. Quia præſentia DEI gratioſa in Eccleſia non eſt οὐσιώδης (qualis eſt in Trinitate) nec ὑποστατική (qualis eſt in Chriſto) ſed παραστατική ſive περιουσιώδης: nam adeſt in medio Eccleſiæ & in circuitu eius, & omnia in omnibus implet Eph. 1. & 4. ſic Chriſtus dicitur Paulo in caſtris ἐπιστᾶναι hoc eſt aſtitiſſe Act. 23, 11. 5. reſpectu *defenſionis*. Quia DEUS eſt in circuitu Eccleſiæ & caſtra Angelorum circa eam metatus eſt Pſal 34, 8. & Zach. 2. 8. ait Dominus de Eccleſia: Ego murus igneus ero in circuitu eius, & gloria ejus in medio eius. Si a. DEus cum nobis & pro nobis, quis cōtra nos? ait Paulus Rom. 8. Hæc facta omnia & ſingula mirabiliter ſingularem & ſingulariter mirabilē Chri-

ſti Paſtoris noſtri amorem erga oves demonſtrant.

6. Nos in Filios recipiendo.

6. Chriſtus Paſtor ille bonus amorem ſuum erga nos ſuas oviculas oſtendit *in Filios nos recipiendo.* Quia Chriſtus voce humaniſſima nos ad ſe vocat : venite ad me omesn, qui làboratis &c. Matt. 11. Venite ad cænam, quia omnia ſunt parata Luc. 14. Venite ad nuptias, quia tauri & altilia mea mactata ſunt & omnia parata. Venite ad nuptias Matth. 22. Omnes a. venientes manibus expanſis amplectitur, non ſecus ac pueros ad ſe venientes in ulnas accepit, eosq; amplexus eſt. Marc. 9, 36. Quænam a. major charitas eſſe poteſt, quam quod Chriſtus nos paterno & materno amore amplectitur? Nam paterno amore nihil eſt conſtantius, & materno amore nihil eſt ardentius? At Chriſtus diligit nos ut Pater. Quia Patrem ſe appellat Joh 14. Non relinquam vos orphanos. Et Matri ſe comparat Luc. 15. Ergo diligit nos *ardenter* ut mater. Nam Eſa. 49. inquit : Nunquid obliviſcetur אִשָּׁה mulier (hoc eſt mater) lactentis (infantis)

ntis) ſui, ut non miſeratur Filij u-
teri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, Ego ta-
men non obliviſcar tui: Ecce in ma-
nibus meis deſcripſi te. Et diligit
nos conſtanter & perſeveranter ut
Pater. Nam quemadmodum Pater
miſeretur Filiorum, ita ipſe miſeretur
timentium ſe Pſal. 103, 13. Ipſe eſt Fra-
ter noſter: quia eſt os ex oſſibus no-
ſtris & caro ex carne noſtra. Nam &
qui ſanctificat & qui ſanctificantur ex
uno omnes ſunt. Quam ob cauſam
non erubeſcit fratres illos vocare
Hebr. 2, 11. Ipſe eſt Pater noſter Eſa. 9.
Mater noſtra Eſa. 49. Quia nos ſu-
mus membra corporis ejus ex carne
ejus & ex oſſibus eius Eph. 5, 30. Quia
ex ipſo ſpiritualiter generamur Joh. 1.
ſanctificamur Hebr. 2, 11. O ineffabi-
lem Chriſti Paſtoris erga nos errantes
oviculas Charitatem!

II. HUMILITAS.

Humilitas quoq; Chriſti Paſtoris noſtri eſt admiranda. Sicut enim Paſtores in hoc mundo ſunt humiles & habentur viles: Ita quoque Chriſtus ex immen- *II. Humilitas.*

ſa

ſa erga nos charitate in eremum hu
jus mundi venit, noſtriq; cauſa paſto
ralem habitum aſſumſit, moleſtias
devoravit, ut nos errantes oves in vi
am reduceret. Unde apud tumidos ſa
cerdotes Hieroſolymitanos, Phariſæ
os & primores populi, adeò contem
tus fuit, ut olim Paſtores apud Ægyp
tios Gen. 47. Hinc in ingreſſu in Ur
bem Hieroſolymam regio non e
quo feroci ſed aſinæ inſidet: non
præ feruntur haſtæ belli ſigna, ſed pal
marum & olearum frondes pacis ſym
bola Matth. 21, 5. Hinc Matth. 11. 28
29. inquit: venite ad me omnes qu
laboratis & onerati eſtis, ego refocil
labo vos. Tollite jugum meum ſupe
vos & diſcite, quod mitis ſim & Hu
MILIS CORDE, & invenietis requi
em animabus veſtris.

III. HUMANITAS.

III. Humanitas. Quia Chriſtus habet.

Humaniſſimus etiam eſt Chriſtu
Paſtor ille bonus. Quia habet, *Cor bo*
militicum di dacticum, paracleticum & *
ſympatheticum.

I. hand.

I. habet COR HOMILITICUM Quia ita inquit Sapientia ipſa (hoc eſt DEI Filius) Proverb. 8,31. Delitiæ ſunt mihi cum filiis hominum. *Patet* hoc nuloſum. *1. ex primæva in Paradiſo pro Protoplaſtis noſtris lapſis facta interceſsione & reparationis humani generis promiſsione* Gen. 3 Semen mulieris contereret caput ſerpentis. 2. *Ex multiplici promiſsionis primævæ ſive Paradiſianæ repetitione*: quia quinquies eam diſtinctis vicibus tribus Patriarchis, Abrahamo, Iſaaco & Iacobo repetivit atque ad familiam eorum adſtrinxit Gen. 12, 3. Gen. 18, 18 Gen. 22, 18. Gen. 26. 4. Gen. 28, 14. 3. Ex *tranſitoria humanæ naturæ in V.T. facta aſſumtione*. Quod enim Filius DEI honorum ſocietate mirificè delectetur, ex eo etiam effulget, quod in forma viri vel Hominis ad tempus aſſumta ſæpe Patriarchis & ſanctis DEI viris apparuerit *Gen. 18. tres viri Abrahamo* apparuerunt, quorum Unus fuit Filius DEI duobus Angelis creatis comitatus. *Gen. 32.* luctatur cum *Jacobo* Patriarcha in forma viri. *Job. 5.* vidit virum *Joſua* dux populi Jſraelitici gladi-

I. Cor Homileticum

um

um nudum manu tenentem, qui ibi i-dem vocatur Dux exercitus DEI. *Ju-dic. 13. Manoah* videt Angelum, qui i-bidem DEUS appellatur: & Nomen ejus mirabile dicitur. *1 Par. 18.* inquit *David*: Domine tu aſpexiſti me in forma viri, qui es DEUS in excelſis. *Propheta Ezechiel* vidit virum qui veſtibus lineis erat indutus & atramentarium ſcriptoris in lumbis ſuis habebat *Eze.* 9. *Daniel Propheta* in nubibus videt quendam q. Filium hominis qui a Antiquo dierum (h. e. DEO Patre) accepit poteſtatem, gloriam & regnum æternum Dan. 7. *Zacharias Propheta* vidit virum equo rufo inſidentem inter myrteta, qui vir poſtea Jehova appellatur & deſcribitur ut Dux exercitus cæleſtis. Zach. 1.

4. *Ex humana naturæ aſſumtione, ejusq; perſonali cum divina natura unione.* In N. T. Filius DEI humanam naturam aſſumſit atq; ita ipſo facto teſtatus eſt quantopere converſatione honorum delectetur. Nam Verbum caro factum eſt & habitavit inter nos, quaſi homo

vulgaris

vulgaris eſſet, & gloriam ſuam divi-
nam nobis manifeſtavit Joh. 1. & Φι-
λανθρωπίαν & bonitatem ſuam er-
ga omnes homines oſtendit Tit. 2. Imo
[illegible]*led* hoc eſt parvulus naſci voluit, ut
oſtenderet, ſe cum omnibus famili-
ariter velle converſari, omnibus ſe
humanum & benignum exhibere in-
ſtar puerorum, qui arrident permiſ-
cuè divitibus & pauperibus.

III. Chriſtus Paſtor noſter habet
COR DIDACTICUM. Quia cum in- Cor Didacticum.
terris converſaretur per ſesquitrien
nium in Judæa & Galilæa & locis fini-
timis obambulans Evangelium DEI
ingenti hominibus prædicavit, illudq;
ſtupendis miraculis obſignavit, ſicut
Petrus Apoſtolus teſtatur Act. 10, 38.
Jeſum Nazarenum *unxit* DEUS Spiritu
Sancto & virtute, qui obambulavit
benefaciendo & ſanando omnes op-
preſſos à Diabolo. Quoniam DEUS
erat cum illo. Matth. 7, 28, 29. Legi-
mus cum Chriſtus prolixam concio-
nem in monte habuiſſet, tribus capi-
tibus à Matthæo nempe c. 5. 6. & 7. de-
ſcrip-

ſcriptam, quod populus obſtupuer
ſuper doctrina ejus, quoniam doce
bat ὡς ἐξουσίαν ἔχων hoc eſt velut auto
ritatem habens & non ſicut ſcrib
Imo etiamnum in ſtatu Exaltation
Eccleſiam docet: quia per miniſtro
& in miniſtris ſuis loquitur Rom. 11.
Qui enim vos audit, me audit, ait Chr
ſtus ipſe, Luc. 20.

III. Cor Paracleticum.

III. *Chriſtus Paſtor noſter* habet *Co*
PARACLETICUM. Etenim inqui
Eſa. 50, 4. Jehova dedit mihi linguam
eruditiſſimam, ut ſciam tempeſtiv
loqui defeſſo verbum. Luth. **De**
HERR hat mir gegeben eine ge
lärte Zunge/daß ich wiſſe mit dem
müden zur rechter Zeit zureden.
Et Pſal. 45, 3. Meſſias à mellea elo
quentia valdè commendatur, dum
Pſaltes inquit: Gratia diffuſa eſt in la
biis tuis. Nam neminem ego tam di
ſoluto animo eſſe arbitror, quin hæ
cum audiat: Venite ad me omnes, qu
laboratis & onerati eſtis, ego reficiam
vos Matth. 11. 28: ſic DEus dilex
mundum, ut &c. Joh. 3. fateatur ea

mell

melle & favo mellis dulciora eſſe. Nulla enim Mater blandioribus verbis unicam & chariſſimam filiam ad ſe vocare poteſt, quam Chriſtus peccatores ad ſe invitat. De hac mellea Chriſti eloquentia Joh. Baptiſta ait Joh. 3. 29. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt, amicus autem ſponſi qui ſtat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Unde congruenti nomen à Johañe appellatur λόγος hoc eſt VERBUM. quia gratia in labiis Chriſti diffuſa revera ſuadelum habet adjunctam. Nam etiam in diebus carnis docuit ὡς ἐξουσίαν ἔχων hoc eſt velut autoritatem habens Matth. 7. & Luc. 24. Chriſtus vocatur vir Propheta δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ hoc eſt potens in opere & ſermone.

IV. Cor Sympatheticum.

IV. Chriſtus Paſtor noſter habet COR SYMPATHETICUM ſive *commiſerans.* Quia ipſe eſt miſericors quà homo & quà DEUS. Quà homo miſericors eſt, nam ideo quia homo eſt, homini compatitur. Homo enim hominis miſeria tangitur & angitur. Quà DEUS miſericors eſt; quia DEO

proprium eſt miſereri ſemper & par-
cere, ait Gregorius. Imò Chriſtus
Pontifex noſter dicitur ἐλεήμων miſe-
ricors & fidelis Pontifex Hebr. 2, 17.
Nam ex hoc quod ipſi contigit tenta-
tum eſſe, poteſt & iis qui tentantur
ſuccurrere. In quam ſententiam pie
& venuſtè D. Auguſtinus inquit: Chri-
ſtus Diabolo ſe tentandum præbuit,
ut ad ſuperandas tentationes ejus Me-
diator eſſet non ſolum per adjuto-
rium ſed etiam per exemplum. Chri-
ſtus eſt *miſericors* quoad *affectum* &
quoad *effectum*. Quoad *affectum*: qui
affectum vere paternum erga no-
gerit, & cor ejus ardet, ut miſeriis no-
ſtris opituletur, ſicut dicit Hoſeæ 11, 8.
Converſum eſt cor meum in me, & ſi-
mul exarſerunt in me miſeratione
meæ. Quoad *effectum*: quia miſeri-
cordia ejus non eſt mortua ſed viva
ideoq; non in corde ejus otiosè deli-
teſcit, ſed foras quaſi prodit, & per o-
mnia Chriſti comiſerantis membr
ſeſe exerit. Unde dives miſericordi
eſſe dicitur Eph. 2, 3. Et univerſæ vi
ejus miſericordia ſunt & veritas Pſal.

25, 10.

10. Hinc I. *Oculi* Chriſti ſunt ſuper
juſtos Pſal. 34. eorumq́; miſeriam &
inopiam gratioſè reſpiciunt. Exem-
plum eſto Abel Gen. 4. cujus ſacrifi-
cium reſpexit. Hinc ad immenſam
miſericordiam declarandam oculi e-
jus largas lacrymarum guttas ſtilla-
runt. Etenim nunquam riſiſſe, ter
autem fleviſſe Salvator noſter legitur.
1. Mortuo Lazaro Joh. 11. 2. cum fle-
vit ſuper urbem Hieroſolymam 5 dies
ante paſſionem & mortem ſuam, cu-
jus excidium in ſpiritu prævidit Luc.
19. 3. Moriturus in cruce, in qua
preces & lacrymas DEO Patri obtulit
Hebr. 5. Quæ lacrymæ Chriſti miſe-
ricordiam erga noſtram miſeriam
abundè ſatis teſtantur. Nam verè di-
ctum à ſapientibus eſt: Lacryma bo-
ni cordis eſt nuncia. Et virorum ex-
cellentium lacrymæ ex συμπαθείᾳ
manant, & naturæ ingenuæ bonæ-
que ſunt τεκμήρια. II. *Nares* ejus odo-
rantur ſuffitum ſacrificii piorum,
tum corporalium, ut Nohæ, Gen. 8.
tum ſpiritualium, quæ ſunt ſacrificia
labiorum noſtrorum 1. Pet. 2. Apoc. 8.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

vide elegantem locum Eſa. 11, 3. III.
Aures ejus juſtorum preces audiunt ò
exaudiunt Pſal. 34. IV. *Os* ejus aper
tur ad dicendum: Σπλαγχνίζομαι ἐπὶ
τὸν ὄχλον, Miſericordia tangor erga
turbam (ſcilicet inedia laborantem
quia jam triduo manet apud me, non
habet, quod edat Marc. 8,2. & ad be
nedicendum, nempe ut panes multi
plicentur, ut tantæ hominum multi
tudini cibandæ ſint pares, ſicut ibidem
legitur v. 6. & Joh. 6, 11. V. *Manus* eju
ſunt apertæ, ut impleant omne
animal cum benedictione Pſal. 145.
En Paſtorem noſtrum in omnibus
ſupra omnes humaniſſimum.

IV. Liberalitas.

IV. LIBERALITAS.

Sicut Paſtor bonus oves ſuas nutrit,
ad bona & pinguia paſcua, & in æſtu
daquatum ducit, omniaq; neceſſaria
illis procurat: Ita etiam Chriſtus paſtor
ille bonus nos ſaluberrimo doctrinæ
cæleſtis pabulo cibat, & limpidiſſimis
verbi divini rivulis potat a refocilla
Et quidem *oves ſuas paſcit tripliciter.*

Chriſtus liberaliter Oves ſuas paſcit: nempe. I. Corporaliter.

I. Corporaliter. Quia ipſe unà cum
Patre & Spiritu Sancto propter

ſen

ſapientiam & potentiam unam atq; in-
diviſam aperit manum ſuam & im-
plet omne animal cum benedictione
Pſal. 145. ipſe quotannis è terra pro-
ducit frumentum & panem ad uſum
hominum Pſal. 104. Hoſeæ 2,8. in-
quit : Ego dedit eis frumentum &
vinum & oleum. 2 *Spiritualiter* nos *2. Spiritualiter.*
paſcit cibando atq; potando. Quia ip-
ſe dat nobis panem vitæ ad eden-
dum, ſicut ipſe ait Joh. 6 51. Ego ſum
panis vivus, qui de cælo deſcendi ſi
quis ederit ex hoc pane, vivet in æter-
num. Et v. 55,56. Caro mea verè eſt ci-
bus (ſc. vivificus) & ſanguis meus ve-
rè eſt potus (ſc. vivificus) Qui edit me-
am carnem & bibit meum ſangui-
nem, in me manet & ego in illo. Et
Joh. 4,14. inquit ad mulierem Sama-
ritanam : Quisquis biberit ex aqua,
quam ego dabo ei, non ſitiet in æter-
num, ſed aqua, quam ego dabo ei, fi-
et in eo fons aquæ ſalientis in vitam
æternam. Et Joh. 7.37. Chriſtus ſtans
in templo Hieroſolymitano clama-
bat: Si quis ſitit, veniat ad me & bi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

bat. Qui credit in me (ſicut dixit ſcri-
tura) flumina de ejus ventre fluent
quæ vivæ. Joh. 10 inquit Chriſtus: Eg
ſum Paſtor ille bonus. Ego veni ἵν
ζωὴν ἔχωσι καὶ περισσὸν ἔχωσιν ut (oves me
3. *Sacramentaliter.* ſpeciales) vitã habeant & abundent.
Sacramentaliter cibat nos vero & ſu
ſtantiali corpore & ſanguine ſuo in
ſynaxi. Quæ eſt eſca animæ, non corp
ris impinguans mentem nõ ventre
(ut Hieronymus loquitur) Et hoc cib
quotquot fidelium paſcuntur Paſto
ſuo incorporantur Joh. 6, 56.

Ita Chriſtus Paſtor noſter eſt ſim
& Paſtor & paſcua: quia ipſe cibat
potat nos corpore & ſanguine ſuo: I
ſe cibat & nutrit nos ſicut Paſtor
ves ſuas, inquit Auguſtin. Serm. 50.
verbis Domini.

Reges *gentium* (qui etiam in ſac
& profanis Scriptoribus Paſtores a
pellantur Gen. 49, 24. Eſa. 44, 28. Je
12, 15) vocantur Evergetæ vel liberal
dicente ipſo Chriſto Luc. 22, 25. Et
ſancta lingua נָדִיב dicitur voluntari
liberalis, beneficus. Et per ſynecd
chen *ἐξοχικῶς* נָדִיב dicitur *Princep.*

que

decet liberalitas in alios & be-
neficentiæ nomine clarus eſt. vid. Pſal.
7, 10. Pſal. 113. Jobi 21, 28. Sic *Pto-*
lemæus Ægyptiorum Rex, qui Phila-
delpho ſucceſſit, à maximis ſuis in ci-
vitates Græcas meritis appellatus fuit
εὐεργέτης beneficus. Joſephus Patri-
archa ob beneficentiam erga popu-
lum dictus eſt Abrech hoc eſt ſalvator
populi Gen. 41, 45. *Cyrus* Rex Perſa-
rum ob *εὐεργεσίαν* dictus eſt Pater. Quia
mitis erat & omni ratione de ſubditis
bene mereri ſtudebat. *Auguſtus Imper*
ob defenſionem patriæ appellabatur
Romanis Pater patriæ. *Titus Veſpaſi-*
nus fuit liberaliſſimus. Nam ſcribunt
Hiſtorici ipſum conqueſtum eſſe veſ-
peri, ſi per diem nihil elargitus fuerit:
Amici, dixit, diem perdidi. Unde ip-
ſum delitias humani generis vocitâ-
runt. *Alexander Severus* iratus fuit, ſi
nemo quid ab ipſo peteret. Hinc cui-
dam ex miniſtris ſuis, quem nihil un-
quam rogaſſe ſcivit, dixiſſe fertur:
Quid eſt, cur nihil petis? an me tibi
nolis fieri debitorem? *Tiberius Imp.* ob
clementiam valdè commendatur.

Nam refert *Suetonius* in vita ejus, ili
lum Præſidibus onerandas tributo
provincias ſuadentibus, ita reſcripſit
ſe: Boni paſtoris eſt tondere pecus
non deglubere. *Idem* de *Alexandro M.*
narratur, qui in eadem cauſa Præſidi
bus ita reſpondit: κηπωρὸν μισῶ τὸν ἐκ
ῥιζῶν ἐκλέγοντα τὰ λάχανα: Odi olito
rem radicitus herbas evellentem. Hi
inquam, Principes omnes & ſinguli
titulum Euergetarum ſumma cum
laude geſſerunt. At ſi in unum com
jungantur omnes & cum Chriſto Pa
ſtore bono conferantur, omnia eo
rum beneficia in ſubditos collata, quæ
certè fuerunt ſplendida & præclara
non ſolum mutila ſunt & manca, ſed
etiam nihil, imò ſive liceat, ſive non li
ceat ita dicere, minus quam nihil ſunt.
Nam ex ipſius plenitudine nos omnes
accipimus gratiam pro gratia Joh. 1.
16. Hoc eſt, nos in gratia ſumus apud
Deum, quia Chriſtum Deus Pater
ſumma gratia complectitur. Deus e-
nim Pater Filium diligit, & omnia
dedit in manum Joh. 3, 35. & ſpiritum
S. ei dedit non ad menſuram v. 34.

non propter ipſum Filium. Quia ipſe ab æternitate omnia habuit, quæcunque Pater habet, ſicut ipſe ait Joh. 16. ſed propter nos. Unde omnia dedit illi in manum, non ut ſibi illa retineret, ſed ut nobis daret. Quia manus eſt organum donationis Matth. 6, 3. eſt organum organorum (ut inquit Ariſtotoles) Hinc Chriſtus dicitur fons vitæ Pſal. 36. Et dicitur τὰ πάντα qui eſt omnia 1. Col. 3, 11. Quia in ipſo habemus omnia 1. Cor. 3. 22, 23. & in futura vita erit omnia in omnibus futurus 1. Cor. 15, 28. Quis hîc non cum pſalte exclamet: Guſtate & videte quam ſuavis (& liberalis) eſt Dominus? *Pſal 34, 9.*

V. FIDELITAS.

V. Fidelitas. Chriſti Paſtoris erga Oves conſiſtit in Notitia & in Cura.

Fidelitas Paſtoris noſtri boni conſiſtit in duobus punctis. 1. in *Noticia.* 2. In *Cura.*

Primò in *Noticia.*

1. In Notitia.

Boni Paſtoris eſt accuratam ovium ſuarum noticiam habere, easq́; ab aliis ovibus diſtinguere & diſcernere poſſe. Quod ut facilius & commodius præſtare queat, ſignum aliquod viſi-

bile illis imprimit, vel in fronte, v
in latere, per quod ſtatim oves ſu
agnoſcit & ab aliis diſtinguit, ne p
errorem alias pro ſuis capiat, aut al
ſuas ſibi vendicent atq; uſurpent: I
etiam Chriſtus oves ſuas cognoſci
certamq́; Chriſtianitatis notam in B
ptiſmo iis imprimit. In Baptiſm
namq; Chriſtum induimus Rom.
Gal. 3. Et Chriſtus in nobis formatu
Gal. 4. Et hoc ſigno Oves Chriſti a
Hircis, qui ad ovile Chriſti non pert
nent, diſtinguuntur. In ſpecie auten
Chriſtus novit ſuos, QUI, QUALE
& QUANTI ſint. Novit QUI ſint, ſi
cut expreſsè D. Paulus ait 2 Tim. 2, 1
Novit Dominus QUI ſint ſui. Nov
QUALES ſint, hoc eſt utrum ſint ve
& ſinceri Chriſti cultores, an vero hy
pocritæ. Unde Joh. 10. inquit: Eg
cognoſco oves meas. Quæ cogniti
non eſt à poſteriori, qualem nos habe
mus, ſed à priori. Quia ipſe eſt καρ
διογνώςης 1 Reg. 8. Pſal. 7. & novit qui
ſit in homine Joh. 2. Deniq; novi
QUANTI ſint. Quia omnes capillo
capitis noſtri numeravit Matth. 10, 30

Quo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Quod ſi igitur capillos capitis noſtri
numeravit, utiq; etiam nos omnes,
quotquot oves ejus ſumus, in nume-
rato habet. Quia nomina noſtra in
cælo ſcripta ſunt Luc.10. & in Chriſto
tanquam in libro vitæ conſignata ſunt
Apoc. 13, 8. Apoc.21, 27. Imo ipſe nos
in manibus ſuis deſcripſit Eſa. 49. vel
ut ipſe Chriſtus verbis clariſſimis ait
Joh. 20. Ego cognoſco oves meas,
nempe omnes & ſingulas. Elegans
hujus rei *Typus* fuit *Aaron* ſumus V.T.
ſacerdos, de quo legitur Exod. 28,29.
quod nomina filiorum Jſrael in pe-
ctorali portârit, quando ingreſſus eſt
ſanctuarium, memoriale coram Do-
mino in æternum. *Nomina autem Fili-
orum Jſrael* juxta 12 Patriarchas toti-
dem gemmis admirandi coloris in
pectorali inſculpta erant juxta Epi-
phanium. In Sardio nomen *Rubenis*:
in Topazio nomen *Simeonis*: in Chry-
ſolito nomen *Judæ*: in carbunculo no-
men *Danis* : in Adamante nomen
Gadi: in Lingurio nomen *Aſſeri*: in
Sapphyro nomen *Naphtali*: In Achate
nomen *Iſaſcbari*: in Amethiſto no-
men

Elegans Typus Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

men *Zabulonis* : in Tharſi nomen E
phraimi : in Onychio *nomen Joſephi*:
in Jaſpide nomen *Benjamini*. Hic, ini
quam, pulcherrimus Chriſti Paſtor
typus fuit: ſicut enim Aaron ſanctua
rium ingreſſurus nomina filiorum Iſ
rael in pectorali portabat in conſpe
ctum DEI, & pro illis ſacra preces
faciebat, DEOſq; quaſi in memoriam
revocabat promiſsiones Patribus fa
ctas. Ita etiam Chriſtus ſanctuarium
hoc eſt Hieroſolymam ad paſsionem
ingrediens Matth. 21. & ſacrificium
ſeſe DEO Patri æterno pro peccatis
noſtris ſiſtens, ſignata habuit nomina
Electorum in pectore ſuo juxta illi
lud: Ne metuas, Ego redemi te & vo
cavi te NOMINE TUO. Meus es tu
Eſa. 43, 1. Quæ verba cap. 45, 3. repe
tuntur. Et Eſa. 62, 2. de Chriſtianis in
N. T. DEUS per Prophetam prædicit
vocabitur tibi NOVUM NOMEN
quod OS DOMINI nominabit. Et
Joh. 10, 3. dicitur de Chriſto Paſtore
Oves vocem ejus audiunt, καὶ τὰ ἴδια
πρόβατα καλεῖ κατ᾽ ὄνομα, Et propria
oves vocat NOMINATIM & educit

cas

as. Unde fidelitas Chriſti Paſtoris er-
ga oves ſuas eluceſcit, quod earum
u populi ſui hæreditarii nomina tã-
quam סְגֻלָּה hoc eſt clinodium & mar-
garitam raram atc caram in pectore
ono geſtat, atq; ea in conſpectum Pa-
tris portat, proq; illis orat Joh. 17. imò
n manibus ſuis illa conſignat, ne il-
larum unquam obliviſcatur Eſa. 49.
Commendant Hiſtoriarum ſcripto-
res Monarchas & Reges ſui ſeculi po-
tentiſſimos vel eo nomine ſingulari-
ter, quod militum ac ſubditorum no-
mina complexi memoriâ fuerint atq;
ono unumquemq; nomine nomina-
re potuerint. *De Cyro* Perſarum Rege
ſcribit Xenophon lib. 5. Cyropædias,
quod cum Babylona verſus contende-
ret, nominatim cuiq; quod voluit,
imperârit, adeò ut milites divinam e-
jus memoriam obſtupuerint. De *Mi-
thridate* Rege Ponti Galenus & Plinius
ſcribunt, quod ille duabus & viginti
diverſis nationibus, quibus impera-
bat, ſuâ cuiq; linguâ jus dicere ſolitus
ſit & pro concione ſingulos ſine inter-
prete affari quiverit. *Cyneas* Regis
Pyrrhi

Pyrrhi Legatus poſtridie quam Romam venerat, Senatum & Equeſtrem ordinem proprio nomine ſalutavit. *Adrianus* Imperator tantâ viguit memoriâ, ut locos, negotia, milites abſentes quoq; nominibus ſuis recenſeret, ſicut Spartianus de eo ſcribit. Idem de *Alexandro Severo* refert Lampridius. De incredibili animi vigore, qui in *C. Julio Cæſare* Dictatore fuit, ita narrat Plinius lib. 7. c. 5 & 28. Cæſar Dictator ſcribere & legere uno tempore, dictare & audire ſolebat. Epiſtolas magni ponderis quaternas pariter dictabat, aut ſi non aliud ageret, ſeptenas. Es*dras* ſacerdos univerſas Hebræorum doctrinas habuit in memoria, Joſeph. lib. 11. Antiquit. Judic. c. 5. At hæc Magnatum Ducumq; & præſtantiſſimorum virorum noticia ſi cum Chriſti Paſtoris noſtri noticia comparatur, non ſolum mutila eſt & manca, ſed etiam nihil, imò plus quam nihil: ſicut Eſaias Propheta graphicè ſummam Chriſti noſtri tanquam DEI veri excellentiam deſcribit c. 40. v. 15. Ecce quaſi ſtilla ſi-

tula

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

ſtillæ & quaſi pulviſculus ſtateræ repu-
tatæ ſunt : ecce Inſulæ quaſi pulvis
exiguus v. 17. Omnes gentes quaſi ni-
hil, ſic ſunt coram eo, & minus quam
nihilum, & vacuum æſtimatæ ſunt ab
eo. Nam Chriſtus eſt LIBER VITÆ,
in quo omnia ovium hoc eſt electorum,
qui à prima creſcentis origine mundi
vixerunt, nomina ſunt inſcripta Apoc.
13, 8. & 21,27. Per quam phraſin noti-
tia Chriſti accurata, adeoq; divina,
atq; invariabilis notatur, Sicut enim
eorum nomina, qui in libris Regum
& Principum conſignata, nun-
quam oblivioni traduntur: Ita quoq;
Chriſtus nunquam obliviſcitur eo-
rum, qui in ſe tanquam in LIBRO vi-
tæ ſunt inſcripti.

II. In Cura.

SECUNDO IN CURA.

Sicut Paſtor non tantum oves ſuas
novit, ſed eaſdem quoq; quanta po-
teſt, diligentia curat: ita etiam Chri-
ſtus Paſtor noſter bonus accuratam o-
vium ſuarum curam habet, & pater-
nè nobis proſpicit. Nam nos *diligit*,
nos *dirigit* & nos *protegit*. Primò nos
diligit; quia in filios ſuos nos recipit,
& Spi-

& ſpiritu S. qui eſt ſigillum DEI vi
Apoc. 7, 2. & arrhabo hæreditatis no
ſtræ Eph. 1. nos ſignat. Et ex hoc co
gnoſcimus nos in eo manere, & ipſum
in nobis, quia de ſpiritu ſuo dedit no
bis 1 Joh. 3, 24. & 1 Joh. 4, 13. imo ſu
ſanguine in ara crucis pro nobis effuſ
ſo ſignat nos Baptiſmo, in quo Chri
ſtum induimus Gal. 3. Ut, ſicut An
gelus vaſtator tranſivit ædes Iſraelit
rum in Ægypto ſanguine Agni Paſch
lis notatas Exod. 12, 13. Ita Diabolu
hoſtis ovium Chriſti infenſiſſimu
nullo nobis pacto nocere queat. Hin
1. Pet. 1, 2. Electi dicuntur ſanguine Je
ſu Chriſti aſſperſi. Confer Hebr. 10
22. Quò pertinet quod Eccleſia ca
nit: **Das Blut zeichnet vnſer**
Thür / das helt der Glaube der
Tode für / der Würger kan vn
nicht rühren. Deinde Chriſtus *no*
dirigit. Sicut enim Paſtor fidelis b
culo paſtorali oves ſuas regit, ne à p
ſcuis aberrent: ita quoq; Chriſtus P
ſtor ille bonus geminum baculum g
rit nempe formidabilem & amab
lem, quo utroq; nos dirigit & erra

s corrigit, inq́; viam veram nos re-
cit Zach. 11. ſicut in Meditatione
cunda pluribus dicturi ſumus. Ter-
nos protegit: quia adverſus omnia
ricula & tentationes atqui adverſus
mnes hoſtes tum ſpirituales tum
rporales nos defendit. Huc perti-
et dictum conſolatione pleniſſi-
mum Pſal. 121. v. 3, 4, 5. Non concedet,
vacillet pes tuus, non dormiet, qui
ſtodit te. Ecce non dormiet & non
dormiſcet Cuſtos Jſraëlis. Domi-
nus cuſtodiet te: Dminus eſt umbra-
lum tuum ſuper manu dextera tua.
m Eccleſia Chriſti in hiſce terris
rpetuum cum Diabolo, Mundo &
rne trigâ hoſtium potentiſſima bel-
m gerit, & Paſtores quidem Eccle-
tanquam Reges Exercituum Pſal.
. & προεστῶτες præfecti 1 Tim. 5, 17. &
ἡγούμενοι hoc eſt Præpoſiti, Antiſtites &
nteceſſores Hebr. 13, 7. ſtant in acie.
ius aut Dei ὁ ἀρχιποιμὴν noſter, hoc
Paſtorum Princeps in medio ejus
at & excubias agit, ne hoſtes in nos
uere nosq́; incautos opprimere

queant. Quomodo Joſuæ apparuit i
forma militis cataphracti & dixit: ſe
eſſe cuſtodem exercitus Dominici, u
Jos. 5. legitur. Hoc a. *Vigilantis Paſto-*
ris atq; Cuſtodis officium gemino exequi-
tur modo. 1 Mediate per ſanctos Ange-
los, ſicut habetur Pſal. 91, 11. Angelis
ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant t
in omnibus viis tuis. Et Pſal. 34. 7. C
ſtra metatur AngelusDomini circa ti
mentes eum & tuetur eos. Uti patet
ex hiſtoriis Abrahami Gen. 18. Jacob
Gen. 32. Lothi Gen. 29. Eliæ 1 Reg. 1
Eliſæi 2. Reg. 6. Danielis Dan. 6. Ag
Gen, 21. Ezechiæ Eſa. 37. *Apoſtolor*
Act. 5. Petri Apoſtoli Act. 12. Pauli
Silæ Act. 16. 2. *Immediatè.* Nam no
contentus Chriſtus Angelorum præ
ſidio agit ipſe cuſtodem defenſore
que noſtri ac rerum noſtrarum. Sicu
Jeremias c. 31. v. 10. vaticinatus eſt
ipſo: Congregabit & cuſtodiet eu
ſicut PASTOR gregem ſuum: red
mit enim Dominus Jacob & libera
eum de manu potentioris. Eſa. 40,
Sicut Paſtor gregem ſuum paſcet, i
brachio ſuo congregabit Agnos &

ſinu

num ſuum levabit, lactantes ducet
eque ſolum *procurat commoda*, ve-
m etiam (quod non eſt minima cu-
odiæ pars) *removet damna*, atque de-
xis ſemper oculis in eum, quem cu-
odit, reſpicit, omnium hoſtium
audulentiam ac violentiam repel-
. Nihil enim illo præſente deſidera-
, cuſtodiente vero nihil lædere
nquam potuit. Vid. de divin. Ocu
r. cuſtod. Clement. Alexandr. lib.
Pædagog. c. 8. Hoc oſtendit DE-
s in populo Iſraëlitico, quem
rti manu ex Ægypto eduxit & per
are rubrum deduxit, de quo dicitur
ſal. 77. ver. ult. Deduxiſti ſicut
ves populum tuum per manum Mo-
& Aaron. Et Pſal. 80, 1. Qui paſcis
rael intende, qui deducis velut o-
m Joſeph. O magnam Paſtoris no-
ri erga oves ſuas charitatem, humi-
tatem, humanitatem, liberalitatem
fidelitatem! Fert nos in utero Eſa.
6. in animo, in manibus Eſa. 49. in
culis, inq; humeris Luc. 15. imponit
os velut ſigillum cordi ſuo Cant. 8.
II. Aquæ intraverunt usq; ad ani-

mam ejus Pſal. 69. & tamen ardentiſ-
ſimus ejus amor ne ſic quidem extin-
gui potuit. E torrente in via bibit Pſa.
rum mollitiem ſuis aſſentationib
blandè fovent ac ſuffulciunt. Veru
hoſce Chriſtus graviter reprehend
cum Matth. 5,13. Luc. 14,34. ait: Si
infatuatus fuerit, in quo condietu
hoc eſt ſi concionatores etiam ad
tia connivere voluerint, quis quæſo
la taxabit? vel ut Marc. 9. ſo inquit
ſal inſulſus fuerit, in quo illud condib
tis? quaſi d. Sal fatuatus nullo ali
condimento undicunq; etiam con
poſito condiri aut emendari pote
ut priſtinam vim recuperet. Ideo
nulli amplius eſt uſui, niſi ut in pla
as projiciatur & pedibus conculcet
Matth. 5.13. Ita etiam Concionator
illi Mercenarii & Paraſitici, qui audit
rum ſuorum vita publicè graſſantia
taxare nolunt, tandem ipſi fiunt
inſipidus, hoc eſt, ipſi reprobi ac pla
inutiles fiunt 1. Cor. 9, 27. atq; horre
dis lapſibus implicantur. Quamm
lrem omnes Eccleſiæ Paſtores huj
Tituli, quod vocentur Sal terræ, pr

poq

tuò recordentur, ut officio ſuo ritè
fungantur.

IIII. *Reſpiciant ſuum commodum.* Nam
le eſt hoc ipſum Auditoribus, ut
ia eorum redarguantur , et iis
itis reſipiſcant. Graviſſima eſt e-
Chriſti paræneſis Marc.9,49. O-
nis homo igne ſalietur, & omnes vi-
ma ſale ſalietur. Q. d. Chriſtus: Si
mo vult corpus ſuum ſiſtere DEO
quam hoſtiam ſanctam, viventem
DEO placentem Rom.12. neceſſum
ut igne & Sale verbi DEI hoc eſt
perata Legis & Evangelii cõditu-
aliatur Nam Spiritus Sanctus qui eſt
ritus ardoris & incendii Eſa 4, 3.
atth. 3, 11. & Sal ſapientiæ Col. 4, 6.
verbum DEI hoc eſt Legem & Ev-
gelium tanquam ignem Jer,23, 29.
alem Mar.9,49. ſordes veteris Ada-
excoquẽdo & mordicando exurit,
rgat & abſumit. *Igni ſaliri* impro-
a eſſe locutio, ſed quia Ignis & ſalis
dẽ eſt purgandi & excoquenti natu-
idem verbum (*ſalire*) utriq; aptavit
riſtus. Alludit autẽ ad ritus legales
rificiorum, quæ juxta DEI manda-

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

tum ſale ſaliebantur Lev. 2, 13. & igi
cæleſti conſumebantur Lev. 11. Qu
mobrem non recuſent Chriſtiani i
ni & ſale concionum legalium exc
qui, purgari & macrerari: quandoq
dem ſine hoc condimento non po
ſunt eſſe ſacrificium DEO ſapidum h
eſt gratum & acceptum. Hinc etia
Salomon rectè docet Prov. 27. Ubi i
quit: Melior eſt increpatio manifeſt
quam Amor abſconditus. Fidelia ſu
vulnera & fraudulenta oſcula od
habentis August. Melior eſt modic
amaritudo in faucibus, quam æte
num tormentum in viſceribus. Pſ
141, 5. Percutiet me juſtus in miſe
cordia & increpabit me, oleum pr
cioſum (id erit mihi) non franget c
put meum, quoniam ad huc oro co
tra malitiam eorum. hoc eſt Licet
eriter reprehendant me pii ex ver
DEI, tamen caſtigatio illa libera m
hi erit inſtar unguenti fragrantis,
grata ac magis ſalutaris, quam ill
rum aſſentationes pernicioſæ, quo
malitiā omnino deteſtor. Etenim v
ri boni aſperitas lenis eſt ob utili

tene

rum : mali autem etiam benignitas aſpera eſt ob morum improbitatem. Ut im Apem propter aculeum non oſti; ſed propter fructum foves & tuis : Sic amicum propter acerbam jurgationem ne averſeris, ſed propr benevolentiam ames. Et ut Mel ulcerata mordet ac purgat, alioin dulce & utile : ſic amici libertas n mordet, niſi ſi quid eſt vitioſum.

Eſt ita, ſæpe ſuo morſu delectat acetum,

Et pungens gratas Sal facit eſſe dapes.

Præſtat enim ô Chariſſimi, aures licatas offendi, quam totum corpus turbari in gehennam, præſtat voce minis quam virgâ DEI verberari, rbo quam flagello feriri, monitios aſperitate vulnerari, quam igne mpiterno conflagrare.

MEDITAIO TERTIA. *Exordiū.*

Plutarchus in lib. de Sanit. tuenda & *Tuſcul. quæ eſt. lib 5. Cœnam Platoam* miris laudum encomiis ornant, copterea quod frugalis fuerit & erudita.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

dita. Apud Platonem enim quisq
cænabat, unam voluptatem capie
ex apparatu facili, Quæſtionibu
philoſophicis: alterã poſtridie qu
nec capitis gravedinem, nec ſtoma
cruditatem ſentiret. Unde *Timoth*
Dux *Athenienſis* relictis ſæpe impe
toriis cænis ad Platonis frugalem
ctum divertit. Reverſus ad ſuos dix
Quos cænâ exceperit Plato, in poſterũ
am bene habere. Hiſtorici commend
Magnates diverſos, qui ἀναγνώστην
menſam adhibebant, ut, dum corp
epulis paſceretur, animus etiam in
neſtarum atq; utilium rerum cog
tione occuparetur. Fecit hoc ipſu
CAROLUS *Magnus Imp.* uti ex V
ejus conſtat. Apud hũc enim nun
ſine aliqua lectione cænatum eſſe p
ditur, ut non minorem animo qu
ventre convivæ delectationem pe
perent. Superiore etiam ſeculo *FRA*
CISCUS Rex Galliæ magnâ cum lau
idem fecit, quo nemo ſuo ſec
artes liberales omnes vehement
ama

ornavit aut liberalius proſecutus eſt: prandens ac cænans loquebatur de literis, ſicut ſcribit *Sleidan. lib. 19.* Laudant ſane & Philoſophi & Politici paſſim & hiſtorici convivia iſta Platonis, Caroli Magni & Franciſci Galliæ Regis. At hic plus eſt, quam vel Plato, vel Carolus M. vel Franciſcus Rex Gallorum. Depingitur enim nobis in hoc Pſalmo cæleſte convivium, quod inſtituit cæli terræq; Dominator DEus, quod omnibus aliis conviviis, quamvis vel ſplendidis ut jucundis longè prefertur. Nam in hoc convivio non epulæ terreſtres ſed cæleſtes nobis ad manducandum proponuntur, nempe Chriſtus panis ille vitæ, ut ipſe ſeipſum vocat Joh. 6. De eo venuſtè canit *Prudentius in Catem.*

Tu cibus panisq́; noſter, tu perennis ſuavitas,
Neſcit eſurire in ævum, qui tuam ſumit dapem.
Nec lacunam ventris implet, ſed fovet vitalia.

O im-

O immenſum ſacri hujus Convivii
ſuavitatem! Guſtate & videte ô Chri-
riſſimi, quam ſuavis ſit Dominus!
let namq; ſpiritus Sanctus ſub figura Co-
vivii DEI *gratiam & beneficia Chri-*
Redemtoris omnium maxima & condi-
onem Eccleſiæ lautiſſimam depingere.
Eſa.25,6. de convivo pinguium.
Chriſtus in N.T. de Cæna magna *Lu-*
14. & de nuptiis regiis *Matth. 22.*
David in Pſalmo præſenti de Me-
cæleſti magnificis verbis loquuntur.
Cum igitur in præcedentibus Me-
tationibus de *Chriſto Paſtore*, tum i
genere tum in ſpecie verba fecimu
Placet jam in præſenti de *Chriſto Co-*
vivatore noſto ſermonem inſtitu-
re.

Regula Theologica,

DEUS Spiritus Sanctus mente
linguamq; noſtram gubernet, ut e
tum ſentiamus tum dicamus quæ
DEI ſummi gloriam & noſtram ſal
tem vergant. Amen.

Circa hoc autem Convivium
leſte 7. veniunt conſideranda. I. Co
vivator vel Hoſpes activus. II. Con

Partitio hujus concionis.

uut Hoſpites paſſivi. III. Mēſa. IV. O-
quo caput inungitur. V. Calix exu-
ans, VI. Tragemata VII. Diverſoriũ
quib⁹ ordine σὺν θεῷ dicturi ſumus.

I Convivator vel hoſpes activus.

CONVIVATOR vel Hoſpes Activus.
Convivator vel Hoſpes activus non
Balthaſar Rex Babyloniorum, qui
nvivium grande, lautè & opiparè
aratum Optimatibus ſuis inſtitu-
Dan. 5, 1. Neq; fuit *Ptolomæus Rex*
ypti Pater Cleopatræ, cujus mor-
initum eſt Ægypti regnum, qui, te-
Plinio lib. 33. c. 20. convivas ex co-
atu & exercitu Pompeii Magni,
c res gerentis circa Judæam, toti-
m aureis potoriis, mutans vaſa cũ
ulis ſaginavit. Neq; fuit *Alexan-*
M. tertiæ Monarchiæ fundator, qui
gnificentiſſimum inſtituit convi-
m nuptiale, ad quod adhibita ſunt
em millia convivarum ſingulis
o paterâ aureâ donatis. Neq; eſt
aſverus Rex Perſarum, qui regnavit
er 127. provincias, & Convivium
gnum non tantum cunctis Primo-
us & Miniſtris & Præfectis provin-
ſed etiam omni populo Civitatis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Suſam, incredibili magnificenti[...]
præbuit, ut ex lib *Eſther c. 1. v. 1, 2, 3.* [...]
apparet. Sed eſt DEUS *ter Opt. M*[...]
Rex Regum & Dominus Domina[...]
tum, qui in Exordio hujus Pſalmi J[...]
hova hoc eſt DEUS verus & ætern[...]
appellatur. Nam idem ille qui eſt n[...]
ſter Paſtor, ille ipſe quoq; eſt noſ[...]
Hoſpes ſive cæleſtis convivator, q[...]
inſtituit nobis convivium in regi[...]
potentiæ gratiæ & gloriæ, ſicut poſt[...]
dicemus.

II. *Convivæ vel Hoſpites paſsivi.*

II. Convæ vel Hoſpites paſſivi.

Sunt omnes pii, qui in hac vall[...]
umbra mortis velut peregrinan[...]
aut exules vivere coguntur, ſicut J[...]
cob Patriarcha vitam ſuam peregri[...]
tionem nominabat. Gen. 47, 9. *Da*[...]
ſe peregrinum & advenam vocaba[...]
Pſal. 39, 14. Ego ſum advena tuus & [...]
vis, ſicut etiam omnes Patres m[...]
Pſal. 119, 19. inquit: Ego advena ſu[...]
in terris. Similiter etiam D. *Paulus* [...]
ipſum advenam & peregrinum, & [...]
tam ſuam curſum appellabat 2. Cor[...]
6. Et 2. Cor. 9, 24, comparat Chriſti[...]
nos *curſoribus* in ſtadio currentibus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

…on noſtra eſt miſeriarum vallis Pſal.84.
…ſt nihil aliud, quam dolor & labor
…ſal 90.

…incipiũ vitæ {dolor / labor} eſt, {dolor / labor} {exitus / lingens,

…medium {dolor / labor} eſt, vivere quis cupiat?

…In hac autem valle umbræ mortis, …hac valle miſeriarum & lacrimarũ, …hac valle laboris ac doloris nos mi…ri homunciones valde oneramur & …fatigamur, ideoq; cibo & potu re…iiendi ſumus, tum corporaliter tum …iritualiter. Hoc enim conditio o…nium noſtrum requirit.

III. *Menſa.*

Circa *hanc Menſam tria* ſunt *notan*… *1.* quod *DEUS menſam paret.* In …br. eſt vox עָרַךְ quæ ſignificat cum …ione & proportione omnia ordi…re, aptè & ordine omnia colloca…vel diſponere, quod non ſolet fieri …mensis quotidianis & vulgaribus, …ſi in conviviis lautioribus, quæ ad …icos excipiendos parantur, ubi ni-

III. Menſa. Circa hãc tria ſunt notanda. I. DEUS Menſam nobis parat.

 mi-

mirum eſt major copia & varietas o
nium rerum quæ apponuntur, Vid.
Prov. 9,2 Unde liquet, quod DEUS
ex mera gratia & miſericordia nulli
noſtris meritis præcedentibus ad men
ſam hanc jam paratam & ordinatè in
II. Menſa illa Quæ & Qualis?
ſtructam nos vocet. 2. *Quæ* & qual
ſit menſa, quæ à DEO nobis inſtru
tur. Ubi notandum, quod vox Men
ſæ שֻׁלְחָן duobus modis accipiatur
in ſacris. I. *Propriè* dicitur *Menſa*, qu
ſumto cibo dimittitur, removetur a
tollitur, Exod. 25. Facies menſam o
lignis Sittim. II. *Metonymicè* eſt men
epulis inſtructa hoc eſt cibus, epul
convivium, prandium, cæna. Pſal. 7
Nunquid poterit DEUS menſam pa
rare in deſerto? Ita etiam hoc loco ac
Menſa à DEO triplex nobis paratur. I. In Regno potentiæ.
cipitur. *Hæc autem menſa* quam DEU
nobis parat, triplex eſt, verus in Re
no potentiæ, gratiæ & gloriæ. Prim
in *Regno potentiæ* DEUS menſam i
ſtruit, cum nobis liberiſq; noſtris
Oeconomia dat victum convenie
tem, ſufficientem & non rarò abun
dantem. Omnium namq; oculi ſp
rant in DEUM, quia ipſe donat ill

ſcam eorum in tempore oportuno,
lle aperit manum ſuam & implet o-
nne animal cúm benedictione Pſal.
104,14,15: Producis fænum jumen-
tis & herbam ſervituti hominum, Ut
lucas panem de terra, & vinum læ-
ficet cor hominis, ut nitidam faciat
ciem oleo, & panis cor hominis cõ-
met v. 28. Dante te illis colligent,
eriente te manum tuam ſatiantur
onis Pſal. 128, 4. Filii tui ſicut rami o-
varum in circuitu menſæ tuæ, hoc
t, liberi tui erunt multi & valentes,
non ſecus ac palmites olivarum ex-
dine conſiti, ſemper florentes. Nam
EUS nobis & liberis noſtris quoti-
menſam nõ ſine miraculo inſtruit,
ia dat delectis ſuis in ſomnis (pa-
m) Pſal. 127, 3. hoc eſt nobis ſter-
tibus imò & ſpectantihus mirabi
er menſas noſtras parat, auget iisq́;
benedicit. Huc pertinent verſus venu
ſſimi:

Nonne hominum numerus ſata grana
æquare videtur,
Quæ prius Agricolæ miſit in arva
labor?

Plena tamen miræ diſtendunt horrea
meſſes,
Præſentemq́ refert copia larga D
um.

II In Regno Gratiæ.

Deinde nobis DEUS Menſam
parat in *Regno gratiæ*, menſa eſt 1. *Ver-*
bum Evangelij, quod velut pabulu
ſacrum ad ſalutis fruitionem nob
apponitur in cæna magna in dom
DEI, quæ eſt Eccleſia. ſicut enim pani
in menſa: Ita in Lege & prophetis pr
ponitur Mañna cæleſte verbi DEI, quo
animam refocillat & confortat Deu
8. Matth. 4. Non in ſolo pane vivit h
mo, ſed omni verbo, quod egreditu
ex ore DEI. 2. *Sacra Synaxis*, quæ Me
ſa Domini appellatur 1. Cor. 10,
Non poteſtis Menſæ Domini partici
pes eſſe & menſæ dæmoniorum. Ra
tio appellationis eſt, quod in hac ſac
Cæna, corpore ac ſanguine Chriſti
bamur & potamur, ac proinde Chri
ſti in hoc cæleſti convivio hoſpites ſ
mus. vocatur etiam Cæ
na Dominica 1. Cor. 11, 20. Conveni
entibus vobis in unum, non licet c
nam Dominicam edere. Cæna aute
Do

omini vocatur ob eandem ratio-
em. quia unum corpus & unus ſan-
is Domini noſtri Jeſu Chriſti in ea
obis Chriſtianis ad manducandum
bibendum ſub pane & vino diſtri-
itur: quo ipſo à reliquis cænis vul-
ri bus longiſſimo intervallo diſtin-
itur. *Typus* hujus menſæ Dominicæ
at *Menſa in tabernaculo*, in qua panes
opoſitionis proponebantur, de qua
xod. 25. prolixius Moſe dicitur. Qua
enſa Chriſtus ſignificatur, qui ſei-
um ſæpe covivio & pani ac aquæ vi-
comparat, & à Propheta omnes e-
rientes & ſitientes ad eum come-
ndum invitantur. De hac Menſa lo-
itur Salomon Prov. 9, 1. Sapientia
DEI Filius) ædificavit ſibi domnm
cleſiam) excidit columnas ſeptem
oc eſt excellentes Eccleſiæ Docto
es qui propter ſufficientiam & pro-
ctionem ſeptenario numero de ſig-
ntur) v. 2. immolavit victimas ſuas
iſcuit vinum (hoc eſt infedit et
opoſuit) & ordinavit menſam ſu-
m (hoc eſt ſacrum convivium vel
ſa-

ſalutaria præcepta) v. 3. Miſit ancill
ſuas (hoc eſt Eccleſiæ miniſtros) ut o-
mnes ad eam invitarent. De hac men-
ſa loquitur Chriſtus Matth. 8. Mul
venient ab Oriente & occidente & ac-
cumbent cum Abraham Iſaac & Ja-
cob in regno cælorum. Quod dictum
potiſſimum de Menſa DEI, quæ in
regno gratiæ in Eccleſia militante p
ratur, eſt intelligendum. Huc etiam
pertinet Parabola Chriſti de Cæna
magna Luc. 14. Et de nuptiis regi
Matth. 22.

3. *In Regno gloria.* *Tertiò* DEUS menſam omnibus ele-
ctis *in regno gloriæ* ab æterno paravit,
in quo dabit illis edere manna abſcon-
ditum Apoc. 2,17. ſicut enim Manna
V. T. in Sancto ſanctorum in urna re-
condebatur Exod. 16, 33. Ita etiam
Manna N. T. nempe Chriſtus cum o-
mnibus beneficiis dicitur Manna abſ-
conditum. Etenim Chriſtus cum be-
neficiis ſuis in hac vita (quoad plen
fruitionem) nobis eſt abſconditus. I
futura autem vita plenariè eo & be-
neficiis ejus fruemur. Ibi pinguedine
domus DEI inebriabimur & torrent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

lo voluptatis potabit nos DEUS. Pſal.
17. 8. Ibi in juſticia videbimus faciem
I, ſatiabimur cum evigilaverimus
ſimilitudinem DEI, hoc eſt, fruemur
ernis bonis, novâ luce & juſticia cũ
ſurreximus ad veram DEI imagi-
nem. Et hoc ipſum etiam Chriſtus o-
mnibus credentibus promiſit Luc. 22,
Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſu-
it mihi Pater meus, regnum, ut eda-
tis & bibatis ſuper menſam meam in
regno meo.
3. Notandus quoq; eſt *Modus in-
ſtructionis Menſæ*, nempe quod DE-
us eam inſtruat in conſpectu noſtro
coram hoſtibus noſtris. Ita enim in-
quit David: Paras in conſpectu meo
menſam coram hoſtibus meis. *Quæ
verba dupliciter exponuntur* I. σαρκικῶς
Carnaliter. Ita exponunt *Judæi*, qui
quoties invitantur à Chriſtianis ad
menſam hunc Pſalmum recitare ſo-
lent, & in primis hunc verſum velut
triumphantes & inſultantes nobis al-
ta voce pronunciant. Nam dicunt, ſe
eſſe Dominos qui menſæ accumbant,
nos verò eſſe canes, qui ſub menſa

jaceamus, ſicut ipſe Chriſtus ad mu
erem Cananæam dixit Matth. 15. N
eſt bonum (hoc eſt honeſtum, non
cet) ſumere panem filiorum (ſc. m
ſæ accumbentium hoc eſt Judæoru
& obiicere catellis (hoc eſt gentib
Et exiſtimant hunc ſermonem à m
re & conſuetudine magnorum bel
torum traductum eſſe, qui hoſtes
os ſubjugatos, dum magnificè epu
bantur, oſtentandi & illudendi gra
producebant & coram ſe ſtatueban
ut Judic. 1. de Adonibezeck, ſub cuj
menſa 70. Reges mutilati pollicib
manum ac pedum ſuorum mi
colligebant, & de Philiſtæis, qui ep
lantes Simſonem è carcere addu
mandabant, ut coram ſe luderet,
cut Judic. 16. legitur.

Verum Judæi cum toti ſint carnal
& carnaliter de regno Chriſti ſentia
mirum non eſt, quod hæc verba cr
ſè & carnaliter intelligant. Quomo
enim ſarcaſtica illa & hoſtilis illuſ
ac ſubſannatio cum manſu etudin
piorum conveniret?

2.Il

Πνευματικῶς hoc eſt *ſpiritualiter. 1.*
iorum felicitate. quod verus DEUS
vidi omnibusq́; credentibus ſuum
menſum ſit daturus in menſa natu-
& pabulum verbi ſui largiturus in
gno gratiæ, hoſtibus eorum viden-
us invidentibus & ringentibus.
m melius eſt nobis invideri ab ali-
quam nos invidere aliis: quia illud
ſignum felicitatis; hoc v. infelici-
is & calamitatis. Huc pertinet di-
m *Plautinum* verè aureum:

Malo mihi invidere inimicos, quam me
inimicis,
Namq; invidere alliis, bene eſſe, miſe-
rum eſt.
Qui invident egent: illi, quibus invide-
tur, rem habent.

Sic etiam *Sophocles* in *Ajace Flagel-*
ro: ὁ φθόνος πρὸς τὸν ἔχοντα ἕρ-
Hic pertinet dictum David. Pſal.
9. Juſticia ejus (ſc. pij) manet in ſe-
lum ſeculi, cornu ejus exaltabitur
gloria (hoc eſt hîc & in cælis robur
potentia ejus erit glorioſa) v. 20. Im-
s videbit & iraſcetur, dentibus ſu-
is

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

is fremet & taberſcet (hoc eſt im
propter piorum felicitatem tabeſ
invidia & rumpen tur ira) Na
ſervantur & glorificantur pii, ſ
dentibus & ringentibus Diabolis
que hoſtibus. *Senſus*: Paraſti in co
ſpectu meo menſam coram hoſtib
meis, hoc eſt, ô Domine verbum
um in Lege & Prophetis compreh
ſum eſt mihi baculus conſolatio
cum hoſtes mei mihi invident m
perſequuntur.

II. *De piorum ſecuritate.* Nam im
us inter comedendum angitur,
Job. 15,23 dicitur: Cum ſe moverit
quærendum panem, novit quod
ratus ſit in manu ejus tenebraru
dies. v. 22. Et undiq; circumſpec
gladium: Nam impius ab omnib
ſibi cavet & ſemper metu excruci
tur. Semper enim contempla
cogitur impendentem cervicib
gladium, uti Syracuſani illius t

ran

ni ſervus Damocles, ſupra cujus
menſa regia prandentis caput à
anno gladius nudus è ſeta equina,
enſus erat viſo gladio adeô excru-
tus eſt, ut cibo potuq; regio frui
poſſet.

Contra autem David inquit ad
triſtum: Paraſti in conſpectu meo
nſam in conſpectu hoſtium me-
rum, hoc eſt, tu nutris, foves, juvas
tueris me, atq, adeo omnibus
nis cumulas, ut tutus & ſecu-
menſæ accumbam, invitis ac
ſtrà contra furentibus meis ad-
ſariis: Sicut quoque hoc ipſum
reſſium qouq; videmus in Chri-
Domino, Luc. 14, 1. Cum
raret in domum cujusdam
ncipis Phariſæorum Sabbatho
nducare panem, & ipſi ob-
vvabant eum. Nam coram ipſis ſuis
ſtibus machinationes & dolos fabri
ntibus ſumma animi tranquillitate
man-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

manducabat, ſiquidem pii ſervant
invitis Diabolis & hoſtibus. Eten
verbũ DEI tanquã pabulum anim
rum noſtrarum in tanta impiorũ ſi
quentia, qui ad defectionem ſolli
tant, immotos in officio retinet
dentes, eosq; ſecuros reddit tuto
ab hoſtibus ſuis omnibus. Ac licet
hac vita non ſatis conſpicuus ſit ſpl
dor ille Menſæ ſacræ regalis, in qu
Filii DEI accumbunt, tamen in vi
æterna gloria & magnificentia ejus
lam conſpicietur Luc. 22, 29. cum i
dignatione & horrendo gemitu ſi
mituq; damnatorum Sapient. 5. Lu
16.

IV. Oleũ.

IV. *Oleum, quo caput inungitur.*

Ungis oleo caput meum, ait David, h
eſt, Tu Chriſte Paſtor bone non ta
tum cibo ac potu me recreas, ſed e
am oleo & balſamo fragranti me
hilaras. Alludit ad morem popul
Orientalium, qui quoties conviv
honoratos excipiebãt, quos ſplen
tractare volebant, eos balſamo ali
ve unguentis fragrantibus perfund
bant, ut ita exhilararentur. Nam o

eo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

rum vim eſſe ſcribit Plinius, ut cor
corroboret, leniat & etiam tepefaciat,
unde etiam ſequitur exhilaratio. Si-
quidem cum cerebrum & ſpiritus ſua-
vi olei aut balſami odore reficiuntur
& excitantur, tum homo exhilaratur.
David Pſal. 109. dicit: Oleum intra-
vit in oſſa, nempe in unctum per po-
ros penetrat in totum corpus, atq; ita
mectat, calefacit & exhilarat. Ita
m Livius narrat, Annibalem ſuis
litibus in magno frigore inſtante
conflictu diſtribuiſſe oleum in talem
uſum.

Notandum autem quod *Olei qua-
druplicis fiat mentio in ſacris*. 1. eſt *Oleum*
Natura Oleum hebr. dicitur שֶׁמֶן quæ
vox duo ſignificat 1. eſt adeps hoc eſt
pinguedo carni conjuncta Pſal. 109.
caro mea macilenta eſt à pinguedi-
ne. 2. שֶׁמֶן Oleum eſt à pinguedine ſic
dictum. Quia eſt pinguis olivæ liquor.
Oliva eſt arbor (dicitur etiam de
fructu) Olea *ἐλαία* fructus; oleum v.
ἔλαιον liquor. 2. Reg. 20. Aromata & o-
leum bonum, hoc eſt, balſamum quod
in

Oleum quadruplex eſt. cujus in ſcriptura fit mentio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

in terra Iſraël habebatur, & in Jerich
creſcebat.

Eſt usq; adeo tanquilla olei natu
ra (inquit Plin. l. 2. c. 109) ut mare
quoque rem omnium ſæviſſimam
tranquillet. Atq; ob id urinantes a
ore oleum ſpargere, quod mitiget n
turam elementi aſperam, lucemq; d
portet.

II. *Eſt oleum gratiæ.* Quod 1. ſi
nificat DEI miſericordiam in ſcri
turis divinis Quoniam Miſericordi
divinæ natura olei conditioni co
gruit. ſuperfertur enim oleum cæte
liquoribus & ſupernatat; Ita miſe
cordia DEI omnibus ſupereminet
DEI operibus & plus cæteris in h
mines eluceſcit. Cyrill. in Evang. J
han. l. 3. c. 14. Et ut corpus oleo, mu
cetur & juvatur: Ita Anima homi
miſericordia DEI perinde lenitur a
taq; operi redditur. 2 ſignificat ipſu
Evangelium ob eandem cauſam. E
nim ſicut oleum ob bonitatem
lenitatem ſuam corpus corrob
rat, vegetat & ſanat: Ita Evang

lium

m animam confortat, refocillat &
nat, ſicut econtrà vinum ob ſuam
corda citatam ac vim purificandi Le-
m DEI notat. Nam ita Theologi
rabolam de viatore vulnerato in-
pretantur, cui Samaritanus ex mi-
icordia infuderit in vulnera vinum
oleum: Vinum ut purificaret vul-
ra: & oleum ut molliret ac ſana-

III. Eſt *Oleum lætitiæ* ἔλαιον ἀγαλ-
λιάσεως Oleum exultationis quod eſt
m ipſe ſpiritus Sanctus tum χαρίσ-
ματα ejus, hoc eſt, gratia ſive dona gra-
ſpiritus Sanctis eiq; tum ſanctifi-
ntia, ut Agnitio DEI Fides, ſpes,
aritas, invocatio DEI. Unde dici-
ſpiritus gratiæ & precum: quia do-
t nobis Orationis affectum, ut ora-
poſſimus: & donat nobis orationis
ectum, ut ea impetremus quæ pe-
mus Zach. 12. tum miniſtrantia, ut
na miraculorum, Virtus heroica
Sic Pſal. 45, 8. dicitur de Chriſto,
od unctus ſit oleo lætitiæ præ con-
tibus ſuis. Quod dictum in N. T.
egatur Hebr. 1. Eſa, 61. & Luc. 4. Spi-

 ritus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

ritus Domini ſuper me, eo quod u-
xit me Act.4. Jeſum quem unxiſti, ſi-
cut prædictum erat Dan.9, 24. Meſſi-
am unctum iri in medio ultimæ heb-
domadis.

IV. Eſt *Oleum fraternæ concordiæ*, de
quo David loquitur Pſal. 133, 2. ſicut
oleum precioſum ſuper caput, quod
deſcendit in barbam Aaron, quod de-
ſcendit ſuper oram veſtimenti ejus.
David enim ſuavitatem & utilitatem
pacis atq; concordiæ oſtenſurus ſu-
mit ſimilitudinem ab oleo fragranti,
odoremq; ſuum longe lateq́; ſpargen-
te. Balſamum enim (quod DEUS gen-
ti Judaicæ peculiariter conceſſerat,
prope urbem Hierichuntinam ma-
mo proventu creſcebat) non ſolum
ſuavitate odoris, ſed etiam facultate
ſanandi omnium plantarum ſuccos
longè præſtabat. Vult igitur dicere:
Quam ſuave eſt Balſamum odore &
ſalutare ſanandi virtute; tam quoq;
dulcis & ſalutaris res eſt ſancta pax &
concordia.

Applicatio.

Quamobrem cum David in hoc pſalmo dicit: Tu oleo inungis capūt meum. loquitur 1. *de oleo gratiæ*, hoc quod Chriſtus Paſtor noſter effun-it in ſe atq; omnes pios miſericordiam ſuam, & per verbum Evangelii Sacramenta accendat in nobis fidê reficiat conſoleturq́; animam no-m eſurientem & ſitientem. II. *Oleo lætitiæ*, per quod intelligitur ritus Sanctus cum ſuis χαρίσμασι Pſ. 45, 8. nimirum quod DEUS Pa- per Spiritum Filii ſui, quem in cor- credentum mittit Gal. 4,6. & quem lavacrum regenerationis & reno-ionis ſpiritus Sanctus, hoc eſt, per ptiſmum effundit in non opulen- per Jeſum Chriſtum Tit. 3, v. 5,6. entes piorum illuminat, regenerat, renovat. Nam *Oleum* cum non ntū ratione ſui ſit limpidum & pellucidum, ſed etiam alias res multas perunctas faciat pellucidas & mmis fomentum atq; alimentum miniſtret. Ita traductâ Metaphorâ *gere* in ſacro Codice ſæpe notat

animum hominis Spiritu Sancto i
tus illuſtrare & accendere in eo v
DEI agnitionem. Hinc 1. Joh.2. U
ctio docet vos de omnibus, hoc e
Spiritus Sanctus mentes credenti
illuminat, & veras in eo virtutes
cendit, ut donati ipſius gratiâ effica
ter de veritate beneficiorum Chri
erudiantur, & novos motus atq; ſ
mas divini amoris concipiant. De
de etiam Chriſtus Spiritum Sanctu
precioſum illud lætitiæ oleum in
os effundit, & capita illorum inun
cordaq́; exhilarat, ut victis terrorib
peccati, mortis Diaboli atq; infe
læti in DEO acquieſcant. Sicut en
olim in V. T. Reges & Sacerdotes u
gebantur Ita quoq; in N. T. à Chri
uncti ſumus, non quidem oleo Ext
no, ſed ipſo Spritu Sancto, qui Unc
noſtra appellatur, quam à Chri
accepimus. De qua Unctione Spiri
Sancti duo emphatica ſcripturæ L
ca ſunt notanda videlicet 2. Cor.1.
DEUS unxit nos & obſignavit n
dans arrhabonem Spiritus in co
bus noſtris. Et 1. Joh. 2. 27. Vos unc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

nem habetis à Spiritu, & illa Unctio docet vos de omnibus. Et per hanc Myſticam Unctionem facti ſumus Reges & Sacerdotes Apoc. c. 1. v. Sicut enim Oleũ fragrantiſſimum à capite Aaronis, quod illo largiſſimè fuit devolutum, in omnia ejus membra defluxit. Pſal. 133. Ita quoq; à Capite Eccleſiæ Myſtico, hoc eſt Chriſto, Unctio ſacra in omnia ejus Membra defluit: Hoc tamen diſcrimine, quod Chriſtus per unctionẽ illã infinitorũ donorũ ſit particeps factus. Quia juxta humanam naturam nõ tantum habitualia per Unctionem Spiritus Sancti accepit dona, ſed etiam vi Unionis hypoſtaticæ verè divinorũ & infinitorum donorum ἐξοχῇ ditatus eſt, ſicut teſtatur Scriptura Pſal. 46. Unctus eſt tra conſortes. Johan. 3. Non ad mẽſuram accepit Spiritum. Unde Luc. 4. plenus Spiritu Sancti dicitur. At nos tantum primitias Spiritus accepimus Rom. 8. Et Jacob. 1. v. 18. dicimur ἀπαρχὴν τῶν κτισμάτων, primitæ creaturarum ejus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Hinc etiam Chriſtus ſummus E-
cleſiæ Paſtor & ſacerdos opus redem-
tionis in monte Oliveti (quem vete-
res montem olei, cibi & medicinæ vo-
cant: protulit enim oleum ficus, o-
ctylos, goſſypium &c. quorum o-
mnium uſus in cibo ac medicina) o-
pit, & in eodem etiam illud conſum-
mare voluit. Quia in monte Olive-
paſſionem ſuam eſt exorſus Matth.
& ex monte Oliveti in cælum aſce-
dit Luc. 24. Act. 2, Quod ipſo Chri-
ſtus oſtendere voluit, quod in toto o-
pere redemtionis, cujus beata clau-
la fuit glorioſa Chriſti in cœlos aſce-
ſio, illud unicè ſpectavit, ut grati-
DEI, pacem conſcientiæ, donation-
Spiritus Sancti & læticiam æterna-
nobis impetraret, quodq; doctrin-
Evangelii, quam Apoſtoli ex hoc m-
te in totum terrarum orbem propa-
garunt Zach. 14, 4. Act. 2. ſit doctrin-
pacis & gratiæ divinæ. Unde pate-
quanta rerum pondera David pau-
illis verbis comprehendat, cũ inqu-
Tu oleo inungis caput meum.

V. Ω. V

V. CALIX exuberans.

Calix meus (inquit David) eſt exu- | V. Calix exube-rans.
rans (redundans, plenus, irriguus)
uuth. Du ſchenckeſt mir voll ein.
lix autem hebr. dicitur כּוֹס chal-
æis כָּס græcis σχοῦς ſcyphus, accipi-
rq; duobus modis. I. *propriè*. Sic eſt
alix naturalis ſcyphus, unde bibitur.
iâs dicitur pocillum. II. *Metonymicè*
ſt potus, qui in poculo continetur,
am veteres ſingulis in familia ſole-
nt dare certum demenſum vel cer-
m portionem cibi, & certam men-
ram vini vel potus bibendi. Et hoc
riptura Calicẽ nominat. III. *Meta-*
oricè eſt ſors vel conditio quævis. ſic
mitur vel in bonam partem & no-
t DEI beneficia, quæ DEUS homi-
bus offert & confert Pſal. 16. Do-
inus ſors partis meæ & calicis mei
c eſt ipſe portio & ordinata mihi
ereditas eſt. Vel ſumitur in malam
rtem, & notat DEI pœnas, quæ im-
is ob peccata infliguntur, quæ di-
ntur τιμωρίαι: vel afflictiones aut
ſtigationes piorum, quæ dicuntur
κιμασίαι. Deſumta eſt hæc forma

loquēdi à potantium veteri ritu, quip
per Modiperatorem hoc eſt convivi
præſidem ſua cujq; vini portio, qua ſu
hauriret, ſtatuebatur. Sic enim DEUS
unicuiq; ſua & quæ exhauriat mala
& quibus fruatur, bona: certâ ratione
definivit Pſal. 11, 6. Et ventus proce
larum pars calicis eorum. Eſa. 51, 11.
Bibiſti ex manu Domini calicem ir
ejus. Matth. 20, 22. Poteſtis bibere ca
licem quem ego bibiturus ſum?

Notandum autem quod Scriptura
potiſſimum quintuplicis *Calicis* menti
onem faciat.

Quintuplex eſt Calix, cujus Scriptura S. mentionē facit.

I. Eſt *Calix felicitatis*, hoc eſt, *ſors & conditio bona ſive preſpera* Eſal. 16. Do
minus ſors partis meæ & calicis m
hoc eſt portio mea & ordinata mi
hæreditas.

II. *Calix tribulationis* eſt *crux & affli-
ctio* tum *piorum* tum *impiorum*. Qua
DEUS ſuam cuiq; ſortē tum bonam
malam, ab æterno certa ratione a
menſus eſt. DEUS enim Patris famili
âs perſonam induit, qui ſingulis in
Oeconomia demenſum ſuum aſſig
nat, & portiones cuilibet convenien

… distribuit. Elegans locus exſtat
Pſal. 75, 8, 9. Calix eſt in manu Jeho-
… infuſo vino turbido plenus & ef-
… ndit ex hoc: Veruntamen feces e-
… ſugent & ebibent omnes impii ter-
… Hic ſimul loquitur David de cru-
… piorum & impiorum. Crux pio-
… à DEO cuiq; diſtribuitur eâ por-
… one, quam ebibere poſſint: Crux e-
… m eorum bona eſt & ſalutaris ipſis:
… eſt tantum flos calamitatum. At im-
… orum crux eſt peſtifera & noxia,
… ipſi exhaurire coguntur feces in
… ndo & tartarum.

III. *Calix Salvationes vel liberatio-*
… erat, quem bibebant Sancti ab af-
… ctionibus liberati, cum vota ſua
… omino redderent & gratiarũ actio-
… m offerrent De illo loquitur David
Pſal. 116, 13. Calicem ſalutum vel ſal-
… tionum accipiam, & in nomine
… omini invocabo. Sic vocabatur Ca-
… , qui in convivio plenus attolleba-
… r cum gratiarum actione pro ſalu-
… impetrata coram convivis.

IV. *Calix conſolationis* erat, quem
… gentes bibebãt in magno luctu, ut

ſuarum calamitatum non nihil ob:do
viſcerentur Jer. 16, 7. Nec potabuud
eos calice conſolationum ſuper Pat
ejus aut ſuper matre ejus. Mos eni.i
erat apud Judæos, ut potum vini mi
terent adhuc lugentibus deq́; ſuo non
bibentibus.

V. *Calix benedictionis*, vocatur call
S. Euchariſtiæ 1. Cor. 10. quia in eo b
nedictus Chriſti ſanguis commu
cantibus offertur bibendus. Vocat
etiam calix N. T. quia eo Novum T
ſtamentum ſancitur, confirmatur
obſignatur.

Applicatio.

I. Alii per *calicem* intelligunt *Vin*
Legis divinæ peccatorum vulnerib
infuſum, per quod illa purificent
& addito oleo (per quod intelligit
Evangelium) ſanentur.

II. *Origenes* in Comment. in Matt
Calicem interpretatur *de ſcientia r*
rum divinarum, quam David vir ſa
ctus piè & honeſtè vivendo conſec
tus erat.

III. Quidam Theologi per *Calic*

nunc *exuberantem* intelligunt *omnis neris beneficia ſpiritualia & corporalia,* t ſit *ſenſus*: Calix meus eſt exuberans oc eſt bona, quæ mihi DEUS tan-uam ſortem meam contulit, redun-ant. Sic eſſet forma ſermonis deſum-à ritu & more Orientalinm, qui onvivas, quos excipiebant, hono-itos ungebant, & pleno calice hono-orabant, ut exhilararentur.

IV. Alii per *Calicem rrdundantem* in-telligunt *Calicem ſalvationis vel libera-onis*, quem bibebant ſancti ab affli-tionibus liberati. Sic alluderet Da-id ad ritum in V. T. uſitatum apud udæos, qui cum erant à calamitati-us liberati, convivia ſacra inſtitue-ant, & calicem mero plenum in ſig-um læticiæ & gratiarum actionis bi-ecant: quem ſacram liberationem ocabant. Quare per calicem exube-antem intelligitur læticicia ſpiritua-s qua cumulantur pii.

V. Alii per *Calicem exuberantem* ntelligunt *Calicem Eucbariſticum*, qui ſt calix inebrians, quia eo potamur d vitam æternam. Nam Chriſtus in

eo ſuam nobis ordinavit charitatem
docente Paſchaſio lib. de corp.
ſang. Dom.

Et calix in Chriſti ſanguine, qui p
nobis effunditur in remiſſionẽ pe
catorum Matth. 26,28. *Lutherus* ven
ſtè ait: Mandatum Domini de po
lo comprehendit vinum: vinum c
plectitur ſanguinem Chriſti: Sangu
Chriſti Novum Teſtamentum, ho
autem remiſſionem peccatorũ. Qu
re intolerabile furtum eſt & ſacril
gium Romani Prædonis, quod co
tra expreſſam Chriſti inſtitutione
Calicem benedictum ex ſacra Syna
ſurripit, eumq́; Laicis adimit. Quo
am veram refectionem & conſolati
nem animarum eripit. Et diligent
obſervandum eſt, quod ipſum conc
lium Conſtantienſe fateatur Chriſtu
inſtituiſſe ſacrum illud epulum ſub
traq; ſpecie: hoc tamen non obſtan
communicationem ſub una ſpecie d
finivit. Unde non imeritò Luth. illu
Concilium Obſtantienſe appellavit.

VI. *Alij* reddunt *Calicem inebriante*
Verum hic notandum eſt, quod ve

bum

um Inebriandi non intelligendum
t hoc loco *propriè* & σαρκικῶς *de exter-
na & carnali ebrietate.* Abſit. Hæc enim
non cadit in Filios DEI, ſed in filios
jus ſeculi & graviſſimè à Spiri-
S. damnatur 1. Cor. 5, 11. ait Paulus:
i quis cum frater appelletur, fuerit
ortator aut avarus, aut ſimulachro-
rum cultor, aut convicator aut ebrio-
us, cũ eusmodi ne cibũ quidẽ capia-
as. Et 1. Cor. 6. 9. ne erretis, inquit: neq;
ortatores neq; adulteri. v. 20. neq;
res neq; avari ebtioſi &c. regni DEI
æreditatem accipient. Sed intelli-
enda vox Inebriandi *figuratè* & πνευ-
ματικῶς, ſic notat abundantiam &
eticiam ſpirituale à Spiritu Sancto in
ordibus credentiũ accenſam qua pii
umulantur, ita ut omnem laborum,
olorum & ærumnarum ſenſum ſu-
erent, & in mediis afflictionibus
: anguſtijs exultent & triumphent,
ti in Martyribus videre eſt, nempe
Ignatio, Polycarpo &c. Quemad-
odum Paulus inquit Rom. 5. v. 3. 4.
lloriamur ſuper afflictionibus, ſcien-

tes

tes quod afflictio patientiam pariat
patientia v. probationem: probati
autem ſpem: Porrò ſpes non confun
dit. Ita hæc vox inebriandi paſſim i
ſcriptura uſurpatur. Pſal. 36, 9. Fili
hominum in tegmine alarum tua
rum ſperabunt, inebriabuntur a
ubertate domus tuæ & torrens del
tiarum potabit eos. Sic Calix רְוָיָה e
brius vel inebrians idem eſt quod a
bundans aut irrigans à rad. רָוָה. qu
ſignificat, irrigatus fuit. Et hæc Ebri
etas non eſt damnanda, ſed laudand
& appetenda. Eſt enim Ebrietas ſo
ria, cum ſitimus ipſum fontem Pſal
42. aquam vivam Jer. 2. fontem vit
Joh. 4. tum ſobria hac ebrietate ine
briamur Pſal. 36, 9, 10. D. Paulus Ep
5. inquit: Ne inebriemini vino, in
quo eſt ἀσωτία luxus. Et ſtatim a
dit: ſed impleamini Spiritu Sancto.

O felix & paucis nota voluptas!

Et in hac ſpirituali animarum
ebrietate non eſt ἀσωτία ſed σωτηρί

lis ebrietas non evertit mentem, ad ſurſum corda elevat, omniumq́; rrenorum oblivionem præſtat, ut to mentis affectù dicamus, ex Pſal. 2. Quemadmodum cervus gloci- c &c. Dicamus ad ſponſum no- um ex Cant. 4. Introduc me mi nice in cellam vinariam, come- m favum tuum, cum melle tuo, bi- m vinum tuum cum lacte tuo, bi- emus & inebriabimur. Dicamus m *D. Auguſt. ex medit. C. 9.* Pota e Domne torrente voluptatis tuæ, nil jam mundanorum deguſtare eat venenatæ dulcedinis. Dicamus m *Ambroſio in hymn.*

Læti bibamus ſobriam
Ebrietatem Spiritus.

H Hæc enim ſancta Ebrietas licet non intelligatur ab inſipientibus ab empæctis & illuſoribus Pſal. 2. 2. t. 3. (qui ipſimet inſaniâ ſunt ebrii) ertè derideatur, ut in Hañā Samuelis ma-

matre 2- Sam. 2. & in ipſis Chriſti A poſtolis Act. 2. factum: eſt tamen non avidè plenis faucibus trahentes quaſi diuturnam ſitim explere cu pientes ardentibus votis Deum invo cabimus, ut eodẽ modo, ſobrio iſti ſuæ gratiæ vino propitius nos rege dignetur ipſe, fons vitæ Jer. 2. qui mnes ſitientes ad ſe vocat: Venite mnes ſitientes ad aquas &c. Eſa. 55.

IV. Tragemata

VI. *Tragemata*, quæ ſunt *Bonitas D.* *& Miſericordia ſemper pios Sub quens.*

Quin etiam (inquit David) *bonit & miſericordia ſub ſequentur me cunct diebus vitæ meæ, & habitabo in domo Je hovæ in longitudinem dierum.*

Quemadmodum in convivi magnificis Tragemata apponi ſolen quæ aliâs dicuntur Menſæ ſecund quæ poſtremo loco inſtruuntur: I quoq; David inquit, quod in cæle convivio non ad exiguum tempo ſpacium, ſed usq; ad poſtremam vi periodum reficiendus ſit. Q. d. Nu quam bonitas & miſericordia tua c

relinquent me, ſed propetui mei co-
mites erunt atq; per has vias vitæ pe-
riculoſas me ingredientem dies no-
ctesq́; comitabuntur.

Dignum conſideratione eſt, quod *Gratia & Miſericordia Dei* in ſacris dicuntur *Præveniens* & *ſubſequens. Præveniens* dicitur Pſal. 59, 11. DEUS miſericordiâ ſuâ proveniet me. Hoc in Pſalmo dicitur *ſubſequẽs*. Bonitas & miſericordia tua ſubſequentur me. Diſtinguitur autem hoc modo Gratia ac Miſericordia DEI non ratione naturæ ſuæ, ſed ratione actuum & officiorum. Actus enim gratiæ operantis prior eſt actu gratiæ cooperantis (prius enim convertimur, quam in converſione noſtra confirmamur) Ideoq́; illa præveniens: Hæc v. ſubſequens appellatur. De hac autem duplici gratia & miſericordia pulcherrima Patrum dicta ſunt notanda, nempe quare dicatur Præveniens & quare dicatur ſubſequens. *Hieronym.* ait: DEUS prævenit nos per fidem, quam ſc. miſericordia DEI nobis largitur: Subſequitur nos, in fide data nos cuſtodiendo.

Caſsiodorus ait: ſi ſolummodo ſubſe
queretur DEI gratia & miſericordia
nemo oblata DEI dona in Chriſto pe
ciperet: Si tantum præcederet, nul
lus collata dona ſervare poſſet. Gravi
ores enim ſunt inſidiæ, quas à terg
Diabolus parat, & niſi Domini mi
ricordia ſubſequeret, facillimè huma
na fragilitas deciperetur. *Auguſtin. lo*
de Nat. & Grat. c. 32. DEus prævenit, u
ſanemur: ſubſequitur ut ſanati veg
temur. Prævenit ut vocemur: Subſ
quitur ut glorificemur. Prævenit u
piè vivamus: ſubſequitur ut cum ill
ſemper vivamus. Quia ſine illo nih
poſſumus facere. *Et in Enchirid. 32. ai*
Nolentem prævanit ut velit: Volen
tē ſubſequitur ne fruſtia velit. Et *Gr*
gor. Homil. 9. in Ezech. Nos prævenit u
velimus, & volentes ſubſequitur, n
inaniter velimus. Hinc canit Eccleſia
Actiones noſtras aſpirando præve
& adjuvando perſequere. Ita *Fulgen*
tius loco 2. ad Monimum p. 13. ſcribit: I
ſe donat gratis indigno gratiam, qu
juſtificatur impius, illuminatur m
nere bonæ voluntatis & facultate b

operationis, ut præveniẽte miſeri-
cordia bonum velle incipiat & ſubſe-
quente miſericordia bonum, quod
vult, facere valeat.

USUS Elenchticus.

USUS Elenchticus Primus.

Hæc diligenter notanda ſunt con-
tra *Pelagianos*, & *Pontificios* qui con-
verſionem & juſtificationem homi-
nis peccatoris humanis viribus aſſcri-
bunt. Docent namq; ſuper eſſe ali-
quid virium in hominis natura, qui-
bus ſe ad gratiam DEI applicare queat.
Quod graviter hi dictis Patrum allegatis
refutantur. *D. Auguſt.* Aphoriſmum
Davidis aureolum ex Pſal. 59.11. (DE-
us miſericordia ſua præveniet me)
pulcherrime ad doctrinam de gratui-
ta hominis peccatoris juſtificatione
accommodat. Verba ejus hæc ſunt:
De me omnio nihil præſumam. Quid
enim attuli boni, ut mei miſereris &
ut me juſtificares? Quid in me inveniſti,
niſi ſola peccata? Tuum nihil aliud ni-
ſi Natura, quam creaſti, cætera mala
ſunt ea, quæ deleviſti. Non ego prior ad
te exſurrexi, ſed tu ad me excitandum
veniſti. Nam miſericordia ejus præ-

veniet me, Antequam boni aliquid e-
go faciam, miſericordia ejus proveni-
et me. Quid hîc reſpondebit infelix
Pelagius? Hæc Auguſtinus. Huc quoq;
pertinet locus ille claſſicus Chriſti ſal-
vatoris noſtri *Joh. 15, 5.* *χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύ-
νασθε ποιεῖν οὐδὲν*, ſine me nihil poteſtis
facere. Ubi DEO in ſolidum opus Con-
verſionis tribuit. Nam verba SINE ME
non notant canam adjuvantem & co-
operantem, ſed ſolitariam, nimirum
quod ſolus DEUS nos convertat & cõ-
verſos in gratia conſervet, uti dicitur
Johan. 1. ſine ipſo (Verbo) nihil factũ
eſt quod factum eſt, hoc eſt, λόγος ſi-
ve Verbum Patris omnia creavit, quæ-
cunq; creata ſunt. In quam ſententi-
am pulchrè ſcribit *Auguſtin.* loco *2. con-
tra duas Epiſtolas Pelagij ad Bonifacium.*
Dominus ut reſponderet futuro Pe-
lagio, non ait: Sine me DIFFICILE po-
teſtis quicquã facere; ſed ait: ſine me
NIGIL poteſtis facere. Et ut reſpon-
deret futuris etiam iſtis, in eadem Ev-
angelica ſententia non ait: Sine me
nihil poteſtis PERFICERE ſed FACERE.
Nam ſi perficere dixiſſet, poſſent iſti

di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

dicere, non ad incipiendum bonum, quod à nobis ſit, ſed ad perficiendum Illud neceſſarium eſſe DEI adjutorium.

II.

Secundò etiam diſcimus ex præſenti verſu: Bonitas & miſericordia tua ſubſequētur me quod *Cōverſio hominis Spiritu S. inchoata non poßit propriis hominum viribus perfici & conſervari, ſed etiam Perſeverantia noſtra in curſu pietatis gratuitum Spiritus S. donum eſt, ita ut totum Converſionis opus, quoad initium medium & terminum ſoli gratiæ divinæ ſit adſcribendum.* Nam DEus eſt, qui ſufficit τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐνεργεῖν hoc eſt velle & perficere. Phil. 2, 13. virtute DEI cuſtodimur *διά πίστεως* PER FIDEM *εἰς σωτηρίαν* ad ſalutem 1. Pet. 1, 5. DEUS OMNIS GRATIÆ, qui vocavit nos ad æternam ſuam gloriam per Chriſtum Jeſum, parumper afflictos, idem inſtauret vos, fulciat roboret, ſtabilat 1. Pet. 5, 10. Juſtificáti ex Fide pacem habemus aput DEUM per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem etiam FIDE adducti fuimus in hanc gratiam, PER Quam etiam STAMUS, &

gloriamur ſub ſpe gloriæ DEI Rom. 5.
1,2. En vide pulcherrimam gradatio-
nem Etenim ex ſtatu iræ nos homine
deducimur per fidem in ſtatum g
neræ v. 1 & 2. II. In ſtatu gratiæ in qu
per fidem adducti ſumus, per eande
ſtamus. III. Ex ſtatu generæ per ea
dem fidem adducimur in ſtatum gl
riæ v. 2. Unde meritò Chriſtus dici
ſine me nihil poteſtis facere. Joh. 15,
neq; in initio, neq; in medio neq; in t
ne cõverſionis. ſicut etiã *Eccleſia* re
canit: ſine tuo numine nihil eſt in h
mine, nihil eſt innoxiũ. Et pulchrè ſcr
bit *Fulgent. loco* 1. *ad Monim. p. 21.* DEI
prævenit impium, ut fiat juſtus, ſubſ
quitur juſtum, ne fiat impius. Præv
nit cæcum, ut lumen, quod non inv
nit, donet: ſubſequitur videntem,
lumen, quod contulit, ſervet. Præv
nit eliſum ut ſurgat: ſubſequitur e
vatum, ne cadat. Prævenit dona
homini bonam voluntatem: Subſ
quitur bene volentem, operando
illo boni operis facultatem.

II. USUS Paraneticus.

USUS Paraneticus.

Proptera cum Perſeverantia n

ſtſ

ſtra ſit donum DEI gratuitum , non quidem abſolutum ex nuda & ſimplici DEI voluntate æſtimandum, ſed ad media ſalutis ordinatum , ſectemur humilitatem, ne noſtris viribus nimium confidamus, & fugiamus ſecuritatem, ne in fiue corruamus, Et juxta monitũ Apoſtoli, cum timore & tremore ſalutem noſtram operemur, Phil. 2. Timeamus DEUM ne eum offendamus atq; ex gratia DEI excidamus. Timeamus Diabolum, ut vigilemus, ne ab illo ſupplantemur: quia ille eſt Leo rugiens & quærens quem devoret 1. Pet. 5. Timeamus mundũ & carnẽ noſtrũ ne ab illis ad malũ ſollicitemur & decipiamur, juxta monitũ D. Pauli Rom. 11, 20. ſi ſtas fide, noli altum ſapere, ſed time Et 1. cor 10. Qui ſtat, videat, ne cadat. Quemamodum enim qui inter Scorpios & ſerpentes moratur, nunquim ſecuritate fruitur, ſemper vel ſcorpii vel ſerpentis lethiferum ex timeſcit ictum: Ita nos dum moramur inter hos ſcorpios & ſerpentes infernales, nunquam ſecuri eſſe poſſumus, quin ſemper graviſsima

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

mala tum metuamus tum patiamu
Iſidor Hiſpalens. lib. 3. ſentent. c. 5. fol. 45
cum in toto vita Diabolus homine
prævaricari cupiat: amplius tamen i
fine videtur decipere.

Hinc eſt, quod in principio con
Protoplaſtum ſerpenti eſt dictum (E
tu inſidiaberis calcaneo ejus) quia n
mirum hominem, quem Diabolus i
curſo præteritæ vitæ non decepit, i
noviſſimis ſupplantare diſponit: pro
inde quamvis quiq; ſit juſtns, nu
quam neceſſe eſt, ut ſit in hac vita ſe
curus: Sed ſemper humilis caveat
ſemperq; ne in fine corruat, ſollicitu
perhorreſcat.

VII. Diverſorium

VII. *DIVERSORIUM.*

Et Ego (inquit David) *habitabo i*
domo DEI *in longitudine dierum.* DOMU
DEI *triplex* eſt videlicet *materialis, ſpir*
tualis & celeſtis.

I. *Domus materialis* ſunt *Templa* ubi o
locorum cultui divino cõſecrata, ho
eſt, in quo homines conveniunt a
audiendum DEI verbum, & quoru
cætui DEUS ipſe præſens eſt ſic I. *Do*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Domus DEI in lingua ſancta בֵּית־אֵל dicebatur *Mons & urbs in finibus tribuum Benjamin & Ephraim*, cui Jacob nomen id impoſuit, quoniam DEUS ex arcana ſua luce prodiens in viſione nocturna ei apparuerat, cum antea לוּז Luz diceretur Gen. 28,19. Hic nihil eſt niſi Domus DEI & Porta cæli. v.19, Et vocavit nomē loci illius בֵּית־אֵל Gen. 31,13. inquit Deus: Ego Deus ille בֵּית־אֵל Bethel Targ. Qui apparui tibi in Bethel. LXX: ἐν τῷ τόπῳ Θεοῦ in loco DEI. Placuit autem ille ſacer ob θεοφάνειαν & Jacobi votum atq; ſtatuam ibi erectā. Hic Judic. 20, 18. In Bethel Jſraelitæ DEUM conſulunt, quis prior debeat pugnare cum Benjamitis. II. *Domus DEI* dicebatur *Tabernaculum Moſis* Exod. 23,19. & 34,26. Deut. 23, 18. III. *Domus DEI* dicebatur *Templum Salomonis* 1 Reg. 2, 36, c. 3, 1. 2. Reg. 11, 10. Quæ erant in domo Domini. IV. *Domus DEI* dicebatur *Templum Zorobabelis* poſt reverſionem è captivitate Babylonica ab ipſo Hieroſolâmis juſſu DEI ædificatum. De hoc templo DEUS ipſe ait Eſa. 56, 7. Domus mea de-

domus orationis eſt. LXX. οἶκος προ-
σευχῆς. Hoc dictum allegat Chriſtus in
Matth. 11, 17. Luc. 19, 46. vocatur eti-
am Sanctuarium DEI Matth. 21, 12. In-
greſſus eſt Jeſus in ſanctuarium DEI.

II. *DOMUS DEI ſpiritualis* eſt *ipſa Ec-
cleſia* ſive *cœtus piorum* in templis con-
venientium, verbum DEI audientium
& Sacramentis divinitus inſtitutis u-
tentium Pſal. 27, 4. Unum petii à Do-
mino, ut inhabitem in domò Dei o-
mnibus diebus vitæ meæ, ut videam
voluptatem Domini & viſitem tem-
plum ejus. Pſal. 55, 15. In domo Dei
ambulavimus conjunctim. Pſal. 84.
Beati qui habitant in domo tua Do-
mine. 1. Tim 3, 15. Ut ſcias quomodo o-
porteat te in domo Dei verſari quæ
Eccleſia Dei viventis, columna & fir-
mamentum veritatis. Hebr. 3, 2. Chri-
ſtus pontifex noſtræ confeſſionis fi-
delis eſt ei, qui conſtituit eum, ſicut
& Moſes in omni domo ejus. v. 3. Am-
pliori enim gloria præ Moſe dign-
habitus eſt, quanto ampliorem hab-
honorem, is, qui conſtruxit dom-
quam ipſa domus. v. 5. Moſes quide-

fid-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

delis erat in domo ſua, cujus domus
nos ſumus, ſi fiduciam & gloriationẽ
ei usq; ad finem firmam retinueri-
mus. Hebr.10,21. Chriſtus eſt Sacerdos
magnus ſuper domum Dei. 1.Pet.2.5.
ipſi tanquam lapides vivi ſuperædifi-
camini domus ſpiritualis. 1.Pet. 5, 17.
Tempus eſt ut judicium incipiat àdo-
mo Dei. *Ratio appellationis* hæc eſt: 1.
ſicut domus habitaculum præbet Pa-
tri familiâs, qui in domo ſua meritò
quæritur: Sic Deus in Eccleſia præ-
ſentia ſuæ generæ habitat, in qua eti-
am à nobis quærendus eſt. Levit.26,
12. 2.Cor.6 Inhabitabo in illis & am-
bulabo inter eos. Joh.14. ait Chriſtus:
Veniemus ad eum & manſionem a-
pud eum faciemus. Rom.8,11. Vos non
eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Siquidem
Spiritus Dei habitat in vobis. Quod
ſi quis Spiritum Chriſti non habet, hic
non eſt ejus, 2. ſicut Paterfamilias in
domo ſua eſt caput uxoris & omnium
domeſticorum, eosq́; velut Rex regit
ſecundum illud Homeri: ἐγὼ δ' ἐν
ὑμετέροισι νίκετι βασιλεὺς εἰμι) Ita quoq;
Deus caput Ecclæſiæ ſuæ 1,Cor.3.1Cor.
11. Hinc

II. Hinc Auguſt. ad Laurent. c. 56. R
ctus coufeſſionis ordo poſcebat,
Trinitati ſubjungeretur Eccleſia,
quam habitatori domus ſua, & Deo
templum ſuum & conditori civita
ſua: Et in Pſal. inquit: Deus in ſeip
eſt ſicut α & ω, principium & finis:
mundo ſicut autor & rector: in A
gelis, ſicut ſapor & decor: In Eccl
ſia ſicut Paterfamilias in domo: In
Anima ſicut ſponſus in thalamo:
Juſtis ſicut adjutor & protector; In
reprobis ſicut pavor & horror.

III. *Domus Cæleſtis eſt cælum beat*
rum, in quo Deus plena luce e
ctis & ſanctis Angelis ſe manifeſtat
Joh. 14. 2. In domo Parris mei ma
ſiones multæ ſunt. 2. Cor. 5, 1. ſi te
reſtris domus noſtra hujus tabe
naculi diſſolvatur ædificatione
ex Deo habemus non manu fa
ctam οἰκίαν ἀχειροποίητον æternam
in cælis. Ratio appellationis e
Quemmadmodum enim Deu
Eccleſiam ſuam militantem qu

do

omus DEI eſt) in hiſce terris replet,
a genera: Ita Eccleſiam triumphan-
m in futura vita replebit ſua gloria.
quia DEus erit omnia in omnibus
turus 1.Cor. 15. In hac vita vide-
us Deum in ænigmate, In futura,
vitæ videbimus eum à facie ad fa-
ciem 1.Cor. 13. & ſicuti eſt 1.Joh. 3.

Unde jam patet, *quanta ſit dig-* *usus.*
nitas & gloria, quod David de ſe omni-
busq; electis ait: Quod *inhabitabunt*
domum Domini in æternum.

Magna eſt piorum gloria, quod
templum ac domum Dei cum cæte-
Eccleſiæ membris ipſis frequen-
tare liceat. Quæ gloria ſatis eluceſ-
cit ex Davidis voto Pſal. 27, 2. Unum
petii à Domino, ut inhabitem do-
mum Domini omnibus vitædiebus
meæ, ut videam voluptatem Domi-
ni & viſitem templum ejus. Et ex e-
dem deſiderio atq; ſuſpirio. Nam
Pſal. 42, 1. Inquit: Quemadmodum
deſiderat cervus ad fontes aqua-
rum: Ita deſiderat anima mea ad
DEUS. v. 2. ſetivit ani-
ma

ma mea ad DEUM vivum : Quand
veniam illuc & videbo faciem De
v.4. Hæc cum recordor effundo in m
animan meam, quoniam tranſibo i
Locum tabernaculi admirabilis uſ
ad DOMUM Dei, in voce exultation
& confeſſionis cum multitudine ſ
cri ficante.

Major a. eſt piorum gloria, quod Do
mus Dei ipſimet ſumus, in quo D
us ipſe gratioſe habitat. Nam Deu
Pater habitat in dilectis ſuis Joh. 14
Lev.26,12. 2.Cor.6,16. Chriſtus hab
tat per fidem in cordibus fidelium
Eph.3,17. Et ſpiritus S. habitat in pi
Rom.8,11. Rectè igitur David inqui
Beati qui habitant in domo tua Do
mine, Pſal.84,5. Et hoc ipſum quo
Theodoſius Magnus, Imperator augu
ſtiſſimus rectè conſideravit, quand
in hæc verba erupit: Magis ego, gau
deo, quod membrum Eccleſiæ D
ſum & Filius Dei vocer, quam quo
in terris regnem, teſte Ambroſ. Et
nim juxta regulam *D. Auguſtini*: E
tra Eccleſiam non eſt ſalus;

Maxima deniq; piorum gloria eſt

quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

quod Cives ſunt futuri cæleſtis Hiero-
ſolymæ, in eaq́; in æternum habitatu-
ri. Nam inquit in hoc Pſalmo David:
ſe manſurum eſſe in domo Domini
in æternum. O lætum & glorioſum
hoſpitium & omni deſiderio deſide-
randum! Nam ibi requieſcemus à la-
boribus noſtris Apoc. 14. & æterna
quiete fruemur & ſatiabimur in con-
ſpectu Dei Pſal. 17. ibi pinguedine do-
mus Dei cibabimur & torrente vo-
luptatis potabimur Pſal. 36. Licet enim
hunc mundum & hanc vitam velin-
quere cogemur: attamen domeſtici
Dei manebimus. Nam locum noſtrū
& ſtatum mutantes è valle lacryma-
rum Pſal. 84. in locum læticiarum
Pſal. 16. ex domo hyberna in æſtivā,
ex Eccleſia militante in triumphan-
tem migrabimus, in qua DEUS præſen-
tia viſionis cives Reipub. ſuæ beabit,
ut venuſtè loquitur Scaliger Exerc.
365. c. 20. Ibi videbimus Deum ſicuti
eſt 1. Joh. 3. Ibi videbimus & vacabi-
mus, vacabimus & amabimus, ama-
bimus & laudabimus Deum virtu-
tum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

tum, Patrem, Filium & Spiritum:
Auguſt. l. 21. de civit. DEI c, ult.

DOCTRINA.

Hinc effulget ſumma *DEI* erga nos φιλανθρωπία & humanitas, quod no-bis menſam ſacram in conſpectu ho-ſtium parat, ad eamq; adeò clemente nos invitat. Agnoſcamus hanc ſumm-mam Dei gratiam, proq; ea perpetu-as ei grates devoto pectore agamus & operam demus, ne velut ingrati & immorigeri reperiamur vocationem divinam negligentes: quin potius ad nutum Dei præpotentis nos ſiſtamus in domo Dei, & accumbentes menſæ Dominicæ ſacris epulis cum volupta-te fruamur. Ac moveat nos.

I. Convivationis cœleſtis Majeſtas & benignitas.

I. *Convivatoris cœleſtis Majeſtas & benignitas.* Nam quis eſt qui menſam nobis parat? Quis eſt qui ad menſam paratam nos invitat? Non eſt auguſt aliquis mundi Monarcha, Nabuchodo-donoſor, Cyrus, Alexander enim a Auguſtus: Sed eſt ipſe Deus, cujus po-tentia eſt infinita majeſtas æterna magnificentia divitiarum inexhauſta Ille eſt Deus magnus Tit. 2. Rex ma

nn

nus ſuper omnem terram Pſal. 47.
magnus ſuper omnes Deus Exod. 18,
..Rex regnum & Dominus dominan-
um 1. Tim. 6,15. Apoc. 19. Deus ter
pt. Max. Dominus cæli ac terræ &
mnium quæ in illis ſunt Sap. 1, 14.
ct. 14, 14. Hic Rex triplex habet
egnum. I. Regnum potentiæ quo totum
undum & omnia quæ ſunt in mun-
, regit & gubernat. II. *Regnum gra-*
æ, quod eſt Eccleſia, quam verbo
vangelii colligit & Spiritu S. regit.
nde oramus ex Matth. c. 6,10. Adve-
at regnũ tuũ. III. *Regnum gloriæ*, quod
ſt in futuro ſeculo, in quo Deus bea-
s Angelis & hominibus gloriam &
ajeſtatem ſuam manifeſtat, ita ut vi-
ant Deum glorioſum à facie ad fa-
em 1 Cor. 13. & ſicut eſt. 1. Joh: 3. & gau-
o perpetuo exultẽt Matth 25,34. quis
gitur ad menſam hanc regiam non
cederet ad ſpectandam cæleſtis con-
vatoris majeſtatem? *Regina Sabæ* à fi-
bus terræ venit Hieroſolimam ad
pientiam Salomõnis audiendã, atq;
vos ejus coram eo ſtantes faciemq;
uus contemplantes beatos prædica-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

vit. 1. Reg.20,18. 2.Par.9,1. Sed ecc
hîc plus eſt quam Salomon! Matth.11.
42. Quam etiam *benignus* eſt *cæleſti*
Hoſpes noſter? Siquidem omnes eſuri-
entes cibat, omnes ſitientes torrent
voluptatis potat, omnes languent
refocillat, omnesq́; mortuos vivifi-
cat. Nam Diabolus ſerpens ille anti-
quus Protoplaſtis noſtris in Paradiſ
menſam venenatam paraverat, dum
illis perſuaſit, ut de arbore veti
comederent, in qua menſa ova aſpid
illis comedenda appoſuit. Eſa. 59,5. &
venenum infernale propinavit, hoc
eſt peccatum, mortem & æternam
damnationem Gen.2, 17. Rom.5,
At Deus ter opt. Max. ex immenſa
gratia ac miſericordia homines per-
ditos in gratiam recepit, menſam illi
benedictam paravit, dum illis Evan-
gelicam promiſſionem annuncia
Semen Mulieris conteret caput ſer-
pẽtis Gen. 3. In qua promiſſione cibu
& potus animæ omnibus peccatorib
exhibetur. Quis igitur ad ſacrũ hoc cõ-
viviũ non accederet, ut Dei ſuavitat
guſtaret? Uti David Rex monet Pſal. 34.

Gu

ſtate & videte quam ſuavis ſit Do-
minus. Quaſi diceret: Suavitatem e-
non cognoſcitis, ſi hanc minimè
ſtatis, ſed cibum vitæ ex palato cor
tangite, ut probantes ejus dulce-
em amare valeatis. Gregor. in Ho-
.II. ſuper Evang.

M. II. Moveat nos ad frequentandum
rum hoc *Convivium, Convivii hujus* *Quanitas & Qualitas*, Nam Con-
vivium hoc quintuplici nomine eſt
commendandum. 1. Quia eſt *Oecume-
nicum*. Nam non inſtituitur à Deo con
atore in aliqua Urbe, ſed in toto
oe, & non quidam ſed omnes ho-
nes ad illud invitantur. Hîc enim
llus ex abſoluta Dei voluntate &
reto præteritur, nullus excluditur
llus negligitur, ſed omnes vocan-
, omnes ex toto mundo ad illud in
antur, uti patet tum ex Propheta-
vaticiniis, tum ex eorum com-
mentis. Nam expreſſè de hoc cæle-
convivio œcumenico vaticinatur
ias Propheta c. 25, v. 6. hiſce ver-
: Faciet Jehovah exercituum epu-
OMNIBUS POPULIS &c. Et Eſa.

II. Convivij hujus Saen Quãtitas & Qualitas
I. Eſt Oecumenicum

55,1 DEus omnes gentes ad hoc conv
vium invitat, dicens: Omnes ſitient
venite ad aquas, & qui non habet
argentum, properate, emite & com
dite, venite, emite absq; argento
absq; ulla commutatione vinum
lac. Et Pſal. 22. poſtquam David d
hoc myſtico convivio vaticinatus e
ſet hiſce verbis: Edent pauperes & ſ
turabuntur, ladabunt Dominum
querentes eum: vivet cor eorum ſem
per. Statim v. 27. ſubjungit: *Reco*
dabuntur & convertentur ad Jehova
omnes fines terræ & incurvabunt
coram te omnes familiæ gentium.
Etenim Convivium hoc nihil aliu
eſt, quam concio Evangelij de gratu
ta remiſsione peccatorũ, quæ tempo
re N.T. à Sione, hoc eſt, à Jeruſalem
greſſa Eſa. 2, 3. in univerſo orbe audi
eſt, eâq; velut pinguedine ſalutis pe
funduntur animi credentium & ſatu
rantur eſurientes & ſitientes juſtici
Matth. 5, 6. Similiter in N. T. ex Va
ticiniorum Propheticorum compl
mento liquet, Convivium hoc ſacr
eſſe Oecumenicum. Nam Matth.

28. imi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

88.inquit Chriſtus: Venite ad me o-
mnes, qui laboratis & onerati eſtis,
ego reficiam vos. Et Joh. 6. QUICUN-
QUE venerit ad me, eum non ejicio
foras. Luc. 24. ſic oportebat Chriſtum
pati & reſurgere &c. & prædicari pœ-
nitentiam & remiſſionem peccato-
rum inter OMNES GENTES. Unde
hoc Convivium Cœna magna à Chri-
ſto vocatur Luc. 14.

2. Eſt *precioſum*. Non enim cibus vul- 2. Precioſum.
garis hîc apponitur, qui confortat cor
hominis Pſal. 203,15. nec vinum gene-
roſum exhibetur, quod exhilarat cor
hominis, ibid. Non expectamus Ag-
num Paſchalem, non Manna de cælo,
quod omne continet delectamentū
& omnem ſaporis ſuavitatem: Sed
Manna cæleſte & nectar ambroſium
nempe Caro & ſanguis Filii DEI no-
bis ex hibetur. Nam ita inquit Chri-
ſtus in verbis inſtitutionis Matth. 26.
Marc. 14. Luc. 22. 1Cor. 11. Accipite,
comedite: hoc eſt corpus meum: Bi-
bite ex hoc omnes: Hic calix eſt no-
vum T. in ſanguine meo. Quid puta-
tis ô charißimi pauculis hiſce verbis

ſignificari? Nempe hoc perinde eſſe
ſi diceret: Tanto vos amore comp
ctor, tantopere veſtram ſalutem ſi
ut quoniam veram & æternam vi
ſine carnis meæ cibo & ſanguinis
tu aſſequi non poteſtis, carnem m
in cruce immolem & ſanguinem f
dam, ut hoc cibo ac potu refecti i
ram & æternam vitã conſequamini
ergo ingentem & ineffabilem Ch
Paſtoris & Convivatoris noſtri i
λανθρωπίαν! Quam eleganti proſo
pœia hiſce verbis depingit *Chry*
" *homil. 61. in Matth.* Parentes ſæpe
" Filios alendos tradunt: Ego au
" non ita: ſed carnibus meis vos a
" meipſum vobis appono, vos om
" generoſos eſſe volens. Volui Fr
" veſter eſſe, carnem propter vos &
" guinem aſſumſi: Vobis viciſſim ip
" carnem & ſanguinem, per quem
" natus veſter factus ſum, trado.
mobrem ſummam Paſtoris cæl
φιλανθρωπίαν, citra quam æterna
reundum nobis fame fuiſſet dep
dicemus, eademq; ad ſalutem no
utamur fruamur.

3. Eſt *Voluptuoſum*. Nam omnes deliciarum cibi in hoc convivio apponuntur. Oleo fragranti caput noſtrum inungitur: Calix inebrians nobis exhibetur Pſal. 23. Pinguedine domus DEI inebriaimur & torrente voluptatis divinæ potamur Pſal. 36, 8. Jehova fecit nobis convivium pinguiũ, convivium vindemiæ, conviviũ pinguiũm medullatorum, vindemiæ defecatæ Eſa. 25, 6. Multa ſunt ciborum genera, quibus corpus cibatur, Anima quæ longè præſtantior eſt, unico: ſed hic cibus unusquidem eſt, ſed qui omnium in ſe ſpiritualium ciborum virtutem & ſuavitatem continet, Unus eſt ſol in mundo, qui perfectiſsimè lucet, qui omnibus ſufficit, plurima v. aſtra: quia lux eorum imperfecta eſt & exigua. Ita quoq; Chriſtus qui eſt cibus animæ noſtræ & continet omnia, unus eſſe debuit, quia unus ipſe inſtar omnium, & ſupra omnia eſt: Unde apertè per illud Manna Patribus exhibitum adumbratur, quod omnium in ſe ſaporum ſuavitatem referebat Sap. 16, 20. Vid. Origen. | 3. *Voluptuoſum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

homil. 7, ſuper Exod. & Auguſtin. in
Pſal. 77. Chriſtus eſt panis ille vivus
qui de cælo deſcendit, de quo ſi quis
ederit in æternum vivet Joh. 6, 58.
Chriſtus eſt aqua vitæ, de qua ſi quis
biberit, in æternum non ſitiet, ſed fõ
ei aquæ ſalientis in vitam æternam fi
et Joh. 4, 14. Quamobrem hauriamus
cum gaudio aquas è fontibus ſalvato-
ribus Eſa. 12. Meritò hîc nos cum Pſal-
miſta exclamamus: Quam multa mul-
titudo dulcedinis tuæ Domine, quam
abſcondiſti timentibus te! Pſal. 21, 29.
Quod ſi, ubi eſt iſta multitudo dulce-
dinis, reclamabit impius? occlama-
bit cum *Auguſtino* pius (Conc. 3. in
Pſal. 30) Quomodo oſtendam tibi
multitudinem hujus dulcedinis, qui
palatum de febre iniquitatis perdidi-
ſti? Mel ſi non noſſes, quam benè ſa-
peret, non clamares, niſi guſtaſſes.
Palatum cordis non habes ad hæc bo-
na guſtanda, quid tibi faciam? quo-
modo tibi oſtendam?

4. Fructuoſum.

4. *Eſt Fructuoſum.* Quia Panis cæle-
ſtis eſt panis immortalitatis, quo paſ-
cimur non ad vitam corpoream & ca-

du-ca

ducam, multisq́; miſeris obnoxiam ſed ad ſpiritualem & immortalem vitam Joh. 6, 54. Inquam ſententiam pulchrem ait *Cyrillus in c. 6. Johan.* Et quomodo non corruptibilis noſtra caro ad vitam reformabitur, cum cō-jungatur illi carni, quæ vita effecta eſt, quam carnem guſtamus & bibamus? *Adam & Eva* ſimul ac in Paradiſo de arbore vetita comederant rei mortis facti ſunt Gen. 2. & 3. At nos qui in Chriſtum credimus poſtquam de pane vitæ in menſa gratiæ nobis propoſito manducamus, non amplius filii mortis ſed hæredes vitæ æternæ ſumus.

Quatuor ſunt ciborum proprietates. 1. ibus hominem ſatiat & nutrit. 2. eun llem refocillat 3. ſaginat. 4. ſæpe etiam ibus bonus non tantum homini ægroto eſſe nutrimentum, ſed etiam medicamentum. Ita quoq́; Chriſtus *ſt verè cibus animæ noſtræ*, quod *animæ noſtræ nutriuntur*, ſicut Chriſtus ait Joh. 6, 35. Ego ſum panis ille vitæ, qui venit ad me, non eſuriet: Et qui cre-

Quatuor Ciborum proprietates.

Chriſtus eſt Cibus animæ, quo Animæ noſtræ nutriuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

det in me non ſitiet unquam. *Pruden*
in Cathem.

Tu cibus panisq́; noſter, tu perennis ſu
vitas
Neſcit eſurire in ævum, qui tuam ſum
dapem.
Nec lacunam ventris implet, ſed fov
vitalia.

Pulchrè *Lyra in 1. Cor. 10.* Euch
riſtiæ ſacramentum eſt quoddam ſp
rituale nutrimentum. Corporalis
bus convertitur in nutritum: ſed ho
ſpirituale nutrimentum convertit i
ſe nutritum. Cibus ſum grandium,
mutabis me in te, ſed tu mutaberis i
me. Quia hujus ſacramenti percepti
percipientem incorporat ipſi Chriſt

2. Refocillantur.

2. *Chriſtus verè eſt cibus animarum n*
ſtrarum, quo illæ *refocillantur*, ne in
ſtu tentationum & in igne furoris
vini propter peccata noſtra in nos
vientis deficiant. Propterea Chriſt
omnes peccatores ſenſu peccatoru
conſternatos ad ſe vocat, inquien
Venite ad me omnes, qui laboratis
onerati eſtis, ego refocillabo vo
Matth. 11, 28.

3. Chr

3. *Chriſtus verè eſt cibus, quo animæ noſtræ ſaginantur*, ſicut DEUS ipſe inquit per Prophetam Eſaiam c. 55, 2. Venite & comedite bonum & delectabitur in pinguedine anima veſtra. Ubi per *pinguedinem* intelligitur abundantia & ſuavitas beneficiorum ſpiritualium, nempe ſalutis, conſolationis, vitæ, pacis, gaudii, quibus animæ noſtræ ſaginantur & ad vitam æternã aluntur. Nam Regnum DEI non eſt eſca aut potus, ſed juſticia & pax & gaudium in ſpiritu S. Rom. 14, 17. Unde Eſa. 25, 6. dicitur convivium pinguium, convivium vindemiæ, conviviũ pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ. 4. *Chriſtus verè eſt cibus, quo animæ noſtræ ſanantur*. Nam cibus hic myſticus non tantum cedit nobis in nutrimentum, ſed etiam in medicamentum adverſus morbos, imò mortem tum corporis tum animæ. Unde Chriſtus nominatur Arbor vitæ Prov. 3, 18. Lignum vitæ, cujus folia ſunt ad ſanitatem gentium Apoc. 22, 2. & Apoc. 3, 7. vincenti dabo edere de Ligno vitæ, quod eſt in medio Paradiſi

3. Saginantur.

4. Sanantur.

DEI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

DEI. Et Joh. 6,50,51. ait Chriſtus: Quis de hoc pane ederit, non morietur ſed vivet in æternum.

V. Eſt Æternum.

5. Eſt *Æternum. Mundi Convivia* ſunt brevia ac tranſitoria. Quia nullus hominum in hac vita perdius & pernox menſæ poteſt accumbere. Tandem enim faſtidium ſequitur. At *Convivium cæleſte* in regno cælorũ continuabitur in æternum. *Convivium Abaſueri* Regis illius potentiſſimi ſex menſes duravit Eſther. 1. *Nutritio Iſraelitarum* in deſerto annos 40. duravit & poſtea ceſſavit. At *Convivium cæleſte* nunquam ceſſabit. Ibi enim tanta erit dulcedo cænæ, ut, quo plus manducaturi, eò plus deſideraturi ſimus. Nam ſitientes ſatiabimur & ſatiati ſitiemus, ait Gregorius. DEus erit cibus noſter cujus delectatione ſatiabimur: DEus erit cibus noſter, qui ſolus reficit, nec deficit. Delectationes ſunt in dextra DEI in æternum Pſal. 16, 11. Nos in juſticia videbimus faciem DEI, & ſatiabimur, cum evigilaverimus ad ſimilitudinem ejus, Pſal. 17, v. ult. Electi erunt ante thronum DEI & ſervi-

ent

nt ei die ac nocte in templo ejus, & qui ſedet in throno habitabit ſuper illos. Non eſurient neq; ſitient amplius, neq; cadet ſuper illos Sol neq; ullus æſtus, Quoniam Agnus qui in medio throni eſt, reget illos & deducet eos ad vivos fontes aquarum. Apocal. 7. v. 15,16,17.

III. Dei invitantis ſuavitas & Humanitas.

Tertiò. Moveat nos ad frequentandum ſacrum hoc convivium *DEI invitantis humanitas & ſuavitas*. Nihil enim ſuavius cogitari, nihil jucundius dici, nihilve amabilius, proferri poteſt, quam quod DEUS ter opt. Max. nos miſeros homunciones in hujus mundi exilio oberrantes in domum ſuam evocârit atq; ad cœnam cæleſtem invitârit, & in menſa gratiæ panem vitæ, hoc eſt, Chriſtum Jeſum nobis proponat ad edendum. Nam *Cōvivium* in Pandectis ſacris cum accipitur *in bonum*, tum proponitur tanquam *typus ei vel ſtatus optimi, præſertim v. divinæ gratiæ & ingentium beneficiorum ex ea provenientium. ſicut contrà Carentia gratiæ divinæ & bonorum ſpiritualium per famē & ſitim exprimitur. Elegans exemplū* ha-

Convivii quid in ſacris notet

habetur Eſa. 25, 6. de convivio pinguium & vini defecati.

Reges terræ aulicos ſuos primarios, quibus maxime benefacere cupiebāt, menſæ ſuæ adhibere ſolebant. ſic 2. *Sam* 9. 7. Legimus, quod *Rex David* juſſerit, ut Mephiboſethus ſemper h. e. prandii & cænæ horis ſtatis in menſa regia cibum caperet Et 1. Reg. 2. Salomonem jubet in menſa ſua alere filios Barſillai Galeaditis. Quanto magis honorificum eſt piis, quod DEUS illos menſa ſua cæleſti dignatur quēadmodum David in hoc Pſalmo ait: Paraſti menſam coram me in conſpectu hoſtiu meorum. Et Chriſtus ad Apoſtolos Luc. 22. inquit: Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater regnum, ut edatis & bibatis in regno meo ſuper menſam meam, hoc eſt, ut ſitis participes felicitatis ac omnium bonorum meorum in regno gratiæ in hac vita, & in regno gloriæ in altera. O admirandam DEI nos invitantis ſuavitatem! O magnam Filiorum DEI dignitatem! Non immeritò exclamat ille. apud Lucā c. 14. Bea-

…us qui comedet,panem in regno cœ-
…orum ! *DEUS vocat* nos ad conviviũ
…æleſte duobus modis, *externè* & *in-*
…rnè. Externè nos vocat per Miniſtros
… Legatos ſuos. Ah quam blandè &
…enignè nos invitat! dicens : Venite
…uia jam omnia ſunt parata Luc. 14,
…7. Et rurſus: Dicite invitatis : Ecce
…randium meum paravi,tauri mei &
…ltilia mactata ſunt & omnia parata
…enite ad nuptias Matth. 22. Suavita-
…s & dulcedinis plena ſunt illa verba:
…mnia ſunt parata. Parata eſt *DEI Pa-*
…is dilectio Joh. 3,16. Parata eſt *Filij*
…atisfactio (quia ille eſt τέλος finis
…egis Rom. 20,4. Ipſe eſt α & ω prin-
…ipium & finis Apoc. 1,8. ἀρχηγὸς καὶ
…λειωτὴς πίστεως Hebr. 12,2. Ipſe in
… cruce clamavit: Conſummatum eſt
…oh. 29) E. mortis Chriſti merito o-
…nia ſunt parata, quæ ad redemtio-
…ē & ſalutem noſtram ſunt neceſſaria.
…aratus eſt *panis doctrinæ Evãgelicæ* un-
… in nobis gignitur fides Rom. 10,17.
…arata eſt *aqua Baptiſmi*, quo regene-
…mur & renovamur Tit. 3, 5. Parata
…ſt *Abſolutio*, qua peccata nobis
prop-

propter Chriſtum fide apprehenſum
remittuntur, & meritum Chriſti nobi
fide imputatur Matth. 28, 18. Joh. 20
23. Parata eſt *ſacra Euchariſtia menſa*
in qua Agnus mactatus nobis mandu
candus exhibetur, & tanquam viati
cum ſalutare nobis communicatur 1.
Cor. 20, 16. Parata eſt *Arrha ſalut*
noſtræ nempe ſpiritus S. qui conſer
vat Fidem noſtram, ne ab hæreticis
inficiamur, charitatem, ne à filiis hu
jus ſeculi ſeducamur, ſpem & Pati
entiam ne in tribulationibus ab hoſti
bus nos affligentibus interficiamur.
Vocat nos Pater cæleſtis ad cæleſte con
vivium non tantum *blandè* ſed etiam
amarè. Quia dicit ſervis ſuis: Compel
lite eos intrare Luc. 14, 23. Quosdam
enim non dulcedinis ſed amaritudi
nis calice ad ſè venire compellit: quo
videlicet inopia premi, morbis inta
beſcere, orbitatibus affligi, variisq;
fallaci mūdo calamitatibus & incom
modis vexari permittit. O ſuavē & be
nignum Patrem noſtrū! Nam cum bl
diris pater es & cū cædis Pater es, Ide

blan

blandiris, ne deficiamus: Ideo cædis,
ne pereamus. Quamobrem ô chariſ-
ſimi venite ad menſam Domini re-
giam, ad quam Rex regum & Domi-
nus dominantium per ſervos & Lega-
tos ſuos vos invitat. *Regis terreni Lega-*
tos videmus, quantumvis humiles &
abjecti ſint, magna cum reverentia à
populis recipi & audiri: Non enim
nunciantis perſonam, ſed mittentis
autoritatem in eo intuentur, quam
nobis Dominus noſter ita contulit,
ut ipſe dicat: Qui vos audit, me audit,
& qui vos ſpernit, me ſpernit, Luc.
10. Itaq; ô Fratres, in nobis non nos
ſed ipſum DEUM loquentem attende-
re debetis, præſertim cum verba,
quæ vobis proponimus, non noſtra
ſed illius ſint, à ſacris Evangeliſtis in
utilitatis noſtræ gratiam conſignata.
DEUS non tantum vocat nos externè, *2. Internè.*
ſed etiam *internè*: quia ſua gratia nos
præverit, & in verbo atq; in Sacra-
mentis ad nos venit, januam cordis
noſtri pulſat ſanctis deſideriis, devotis
gemitibus, piis cogitationibus, & pul-
ſando rogat, ut oſtium cordis noſtri

aperiamus per veram pænitentiam.
Etenim ſic Chriſtus ipſe inquit Apoc.
3, 20. Ecce ego ſto ad oſtium (cordis
veſtri) & pulſo, ſi quis audierit vocem
meam & aperuerit januam, intrabo ad
illum, & cœnabo cum illo & ille me-
cum. Et *Eccleſia* vocem ſponſi ſui *in*
Cantico enarrat *c. 5.* 2. Ibi eſt vox ſpon-
ſi dilecti mei pulſantis. Aperi mihi ſo-
ror mea, amica mea, columba mea,
immaculata mea. Quia caput meum
plenum eſt rore & concinni mei gut-
tis noctium. Solatio plenum eſt, ô ô
chariſſimi, quod Chriſtus ſponſus no-
ſter in verbo & Sacramentis ad nos
veniens oſtium cordis noſtri pulſat.
Quod ſi igitur vocem ejus audierimus
& pulſanti per veram pænitentiam
oſtium cordis aperuerimus, ipſe ad
nos intrabit & nobiſcum cænabit, hoc
eſt animan noſtram rore cœleſtis ſola-
tii inebriabit, & guſtu vitæ æternæ cor-
da noſtra replebit. Felix ille, qui Spon-
ſo pulſanti aperit! Quamprimum, nõ
fratres, ſanctum aliquod gratiæ cœle-
ſtis deſiderium in cordibus viris ſen-
titis, ce rrò ſtatuite, Chriſtum cor ve-

ſtrum

trum pulſare, intromittite eum, ne
tranſeat, ne vobis miſericordiæ ſuæ
oſtium ipſe poſtea occludat. Quam-
primum flammulam aliquam piarũ
cogitationũ in cordibus veſtris ſenti-
atis, judicate à fervore divini amoris,
ſancti ſc. ſpiritus eam accenſam, fove-
te & alite flammam illam, ut in ignem
amoris excreſcat.

Quartò Moveat nos ad frequentan-
dum ſacrum hoc Convivium, *DEI* IV. *Dei cõminantis ſeveritas.*
comminantis ſeveritas. Nam DEus con-
vivii ſui contemtoribus graviter iraſ-
citur, uti ex Parabolis Matth. 22. &
Luc. 14, patet. At ira DEI quæ, qualis,
quanta? Certè tanta, quantus ipſe eſt.
Ira enim DEI eſt ignis conſumẽs Deut.
4. Cum exarſerit furor ejus Pſal. 2, 12.
Ardebit usq; ad infernum inferiorem
Deut. 32, 2. & in furore ſuo impios
diſperdet, & ignis illos conſumet
Pſal. 21, 9. Quocirca ô homo, iram
DEI metuas & convivium cæleſte ne
ſpernas. Nam iratum gravis eſt res
habuiſſe DEUM, ut pulchrè canit Fo-
ban. Heſſ. in Pſal. 2. *DEUS enim nullũ* *Regula*
peccatum punit gravius, quam contemtũ

 men-

Deus contemptore verbi ſui punit pænis triplicibus, 1. externis.

menſæ cœleſtis. Nam punit contemtores
iſtos pœnis externis, internis, æternis.
Externis. Nam Hoſ. 4, 6. ipſe DEus lo-
quens introducitur hiſce verbis: Quia
tu ſcientiam ſprevisti, ſpernam te non
ſacerdotio fungaris mihi, quia oblitus
es legis DEI tui, obliviſcar filiorum
tuorum etiam Ego. Matth. 23, 37. in-
quit Chriſtus: Jeruſalem, Jeruſalem,
quoties volui congregare Filios tuos,
quemadmodum gallina congregat
pullos ſuos ſub alas & noluiſtis? v. 38.
Ecce relinquetur vobis domus veſtra
deſerta. *Internis.* Quia tales homines
2 Internis juſto DEI punientis judicio excœcan-
tur, inq; mentem reprobam tradun-
tur. Quâ pœnâ nihil gravius cogitari,
nihil horribilius dici, nihil atrocius
proferri poteſt. Cum enim homines
impii Menſam verbi divini, quam ſa-
pientia illis præparavit, & ad eam per
ſervos ſuos, illos invitat, Prov. 9, 2.
Spernunt, pœnam illi talionis expe-
riuntur, ut menſa eorum fiat coram
ipſis in laqueum. Et obſcurentur ocu-
li eorum, ne videant, uti Pſal. 69. v. 23,
24, 25, 26. de Judæis incredulis præ-

dici-

dicitur. Quam diram imprecationem cum legimus, toto corpore contremiſcamus & iram DEI adverſus contemtum Evangelii tremendam metuamus. Etenim peſtibus illis Eccleſiæ ſummum animæ bonum convertitur in ſummum malum. Nam Menſa DEI, quæ animæ noſtræ nutrimentũ & medicamentũ, cõvertitur in laqueũ, qui eſt præſentiſſimũ exitij inſtrumẽ- 3. *Æternis*
tũ. *Æternis*. Nã qui non crediderit, condemnabitur Marc. 16, 16. Qui non credit in Filium DEI jam judicatus (hoc eſt, condemnatus) eſt: quia non credit in nomen unigeniti Filii DEI Joh. 3, 18. Si quis audierit verba mea, & non crediderit, ego non judico eum. Non enim veni ut judicem mundum, ſed ut ſervem mundum, Qui rejicit me, nec accipit verba mea, habet, qui judicet ipſum. Sermo quem locutus ſum, Ille judicabit eum in extremo die Joh. 12, 47, 48. Matth. 3, 7. inquit Johannes Baptiſta & Matth. 7, 19. ipſe Chriſtus: Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum (ſecuri iræ divinæ) exciditur & in ignem mittitur. Quod di-

ctum de triplici hac pœna, corporal...
ſpirituali æterna eſt intelligendum...
Experti hoc ipſum ſunt *Sodomitæ*, qu...
igne abſumebantur cum per Loth...
concionem ad hoc convivium voca...
venire recuſabant Gen. 19. Expert...
hoc ipſum eſt *Chorazim*, *Bethſaida*, *Ca*...
pernaum & aliæ urbes Matth. 11, 10. Ex...
perta hoc ipſum eſt tota Judæa, Græ...
cia tota, Aſia tota, Africa tota. Atq; ...
utinam eandem etiam cladem ingr...
ta Germania tandem aliquando cum...
æterna animarum jactura non exper...
tur! Terrori ergò nobis ſit innumer...
bilium caſus populorum, quibus po...
tot ſecula nulla cæleſtis doctrinæ a...
nunciatio coruſcavit *Ambroſ*. I. de vo...
cat. Gent. c. 5. DEUS inquit Eſa. 44...
Convertimini ad me & ſalvi eritis o...
mnes fines terræ. Chriſtus clamat Lu...
13. Niſi pænitentiam egeritis, omn...
ſimiliter peribitis. Qui enim nolu...
runt audire Chriſtum vocantem: V...
nite ad cœnam: Omnia parata ſunt...
Luc. 14. audient aliquando eum pr...
cipientem: Ite maledicti in ignem a...
ternum. Matt. 25. Ignis enim divini ...

roris abſumet illos, qui per Evangelium vocati convivium cæleſte ſpreverunt.

DOCTRINA. II.

At quomodo Hoſpites ad cæleſte hoc Convivium vocati ſeſe præparare debent, ut tanquam digni hoſpites appareant? ℞. Tum hoſpes dignus eris, ſi fugienda fugis, ſi facienda facis. *Fugienda* ſunt hæc.

Modus, quo Hoſpites invitati ad cæleſte Convivium, ſeſe præparare debeãt.

I. *Mundana ſunt ſpernenda.* Chriſtiani enim in mundo vivunt, ſed mundo addicti non ſunt. Debemus eſſe mundi Lectores ſed non dilectores: Lectio enim divinam ſapientiam; Dilectio v. parit ſtultitiam. Unde Johannes Apoſtolus monet omnes Chriſtianos 1 epiſt. c 2. ℣. 15, 16 Ne diligatis mũdum neq; ea quæ ſunt in mundo: Si quis diligit mundum, non eſt charitas Patris in eo. Quoniam omne quod eſt in mundo, veluti concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum & faſtus vitæ, non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. In quam ſententiam *Mantuanus* pulchrè ſcribit:

1. Fugienda ſunt tria.

1. Mundana ſunt ſpernenda

Ambitioſus honos,& opes,&fœda
voluptas,
Hæc tria pro trino Numine
mundus habet.

At non ſic Chriſtiani, non ſic
Quidam ex Patribus Chriſtianos ita af-
fatur: *Chriſtianus es? Oportet te contem-*
nere illud, quod videtur eſſe & non eſt &
invenire illud, quod non videtur eſſe & Eſt.
Quodnam. v. illud eſt? Quod videtur eſ-
ſe & non eſt, Eſt omne id quod in hoc mun-
do eſt, quod hominem ad non eſſe perducit
Quod *v. videtur non eſſe & eſt, eſt vita*
juſtorum, quæ cum Chriſto eſt in DEO *abſ-*
condita.

Aureum quoq; eſt illud *Auguſtin.*
Dulciloq. loco. 1. c. 11. O amato-
res mundi, non eſt requies, ubi eam
quæritis: beatam vitam quæritis in
regno mortis: Non eſt hîc. Quomo-
do ibi vita beata, ubi nec vita? Quod
ſi amatis iſtam miſeram fluidam vitã,
ubi cum tanto labore vivitis, quanto
magis amare debetis illam beatam vi-
tam, ubi nullum dolorem ſuſtinebi-
tis? Chriſtus Eccleſiam ſponſam ſuam
ita alloquitur Pſal. 45, 13. Audi filia,
vide & inclina aurem tuam: Oblivi-

cere populum tuum & domum Patris tui. Hæc Chriſti filia eſt vera Eccleſia, quæ eſt Chriſti Filia & ſponſa, Uxor & Mater.

FILIA eſt: quia ſpiritualiter ex eo eſt genita Eph. 5. SPONSA eſt, quia in juſticia & judicio, in gratia & miſericordia, in fide & in agnitione DEI in æternum ei eſt deſponſata. Hoſ. 2. UXOR eſt Apoc. 29, 7. quia ei in diſſolubili conjugii Spiritualis vinculo eſt copulata, & deniq; MATER Gal. 4: quia Chriſto multos ſpiriruales gignit liberos. Hæc autem Chriſti filia, & ſponſa & uxor & mater oblivisci debet (monente Chriſto Sponſo) populum ſuum & Domum patris ſui, hoc eſt non amplius debet mundum, è quo vocata eſt diligere eiq́: adhærere. Nam qni vult eſſe Chriſti diſcipulus, debet abnegare ſeipſum Matth. 16, 24. hoc eſt, renunciare proprio amori, proprio honori, propriæ voluntati. Et qui non odit (hoc eſt, poſtponit & negligit) Patrē ſuum & matrē & uxorē, & filios & matres & ſorores, præterea autē & animā ſuam: non poteſt eſſe meus diſcipulus, inquit Chriſtus Luc. 14, 26. *Cœleſtis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

enim *Eliſæus* Chriſtus non infundit o-
leum cœleſtis ſuavitatis, niſi omnia
vaſa prius vacua: non ingreditur in a-
nimam amor DEI niſi prius exeat a-
mor proprius & amor mundi. Apoſto-
lus monet omnes pios Hebr. 13,12,13.
ut ad Chriſtum, qui extra portam
paſſus, exeamus extra caſtra. In quem
locum pulchrè commentatur D. *Bern-
hardus* ita ſcribens: *Extra portam* Chri-
ſtus paſſus eſt ad quem *egrediamur* mun-
danæ converſationis contemtu, quod
eſt egredi de civitate hujus mundi.
Illud autem tribus *modis* fieri ait, I. *Af-
fectu* ut mundum non diligamus, II.
Effectu, ut eum mente deſeramus, III.
Profectu, ut cum Domino unus ſpiri-
tus fieri anhelemus. Quare homo
Chriſtianus è mundo immundo exe-
at non corpore ſed mente, non loca-
liter ſed ſpiritualiter, hoc eſt, mun-
dum ſe à mundo im̄undo virtute ſpi-
ritus S. conſervet. Nam quamvis ſit
in mundo, non videtur eſſe in mundo
qui non utitur, vel potius non ititur
mundo immundo. Alterum eſt illud
Chriſoſto-mus. *Chryſoſtomi* (aureo ore nomen haben-

tis)

tis)dictum de populo Iſraelitico: Multi, ait, de populo Iſarelitico egreſſi erant de Ægypto corpore non animo. Nam totam Ægyptum ſecum in moribus bajulabant. Hæc ille. Proinde ò Chriſtiane, ſi quid in mundo ſplendet aut placet, accede, tenta, an verâ luce; & ſi illâ, mirare vel aſsume; ſin v. ſordet aut jacet, calcā: non ſolum trāſi, ſed animoſâ fiduciâ ad meliora abi. Nam Ego, ſic mundum, ſive meipſum foris & intns, ſive quæcunq; in mundo gerantur, ſpectem, nihil reperio firmum, in quo tutò acquieſcam, omnia ſunt evanida, fluxa, tranſitoria, juxta illud Salomonis Eccleſ. 1. vanitas vanitatum & omnia vanitas.

II. Carni dominationen permittenda.

Deinde *Caro eſt crucifigenda*. Nam qui ſunt Chriſti, carnem crucifigunt cum affectibus & concupiſcentiis ſuis Gal. 5, 24. Caro enim eſt hoſtis noſter internus ideoq́; nocentiſſimus. & periculoſiſſimus. Quia Caro ſemper contra ſpiritum militat eiq́; repugnat, ſicut Paulus ait Gal. 5, 17. Caro ἐπιθυμεῖ concupiſcit adverſus Spiritum, & ſpiritus adverſus carnem. ταῦτα δὲ ἀντί-

κεῖται ἀλλήλοις, hæc autem inter ſe mutuò adverſantur. In quam ſentẽtiam pulchrè ait *Owen. in Epigr. loco 3.*

Spiritus huc, illuc caro me trahit, atq; adeo in me
Diviſum imperium cum Jove Cæſar habet.
Pax vobis, ſiquidem vos inter amabilis eſſet
Pax ſemel, in toto pax ſimul orbe foret.

Hic autem hoſtis eſt vincendus, ſubigendus & crucifigendus, hoc eſt ſpiritui ſubjiciendus, licet hoc ipſum acerbiſſimo fiat cum dolore, qualis à crucifixis ſentiri ſolet Regnare enim in homine debet ſpiritus, & caro ſpiritui ſubjecta eſſe, ſi homo vult placere Chriſto ſponſo ſuo. *In vita Valentiniani Imp.* legimus, quod moriturus unâ ſe tantum gloriari victoriâ dixerit. Rogatus qua? reſpondit: Inimicorum nequiſsimum devici CARNEM MEAM. Hujus rei typum habemus venuſtiſſimum in *Jacobo Patriarcha.* Hic enim ex Angeli contactu uno pede claudicabat, altero ſano & integro.

Per

Per duos hoſce pedes duplex Amor intelligitur proprius & divinus. Tunc homo particeps erit divinæ benedictionis, cũ pede proprii amoris claudicabit, altero illo amoris Dei manente ſano & integro. Sicut enim fieri non poteſt, ut uno eodemq; oculo cœlum intuaris & terram; ita etiam fieri nequit, ut unâ eademq; voluntate ſeipſum inordinate quis amet ac Deum.

Tertiò. Omnis communio cum Diabolo eſt fugienda. Communionem autem cum Diabolo habemus vel in *doctrina*, cũ hæreſes verbo DEI contrarias amplectimur. vel in *vita*, cum vitia & ſcelera contra conſcientiam ſectamur. ſicut enim in DEUM verè credentes & ſanctæ vitæ ſtudentes DEO adhæremus & quaſi religati ſumus: Ita cõtra hæreſes amplectentes & in peccatis cõtra conſcientiam viventes à DEO nos avertimus & ad Satanã convertimus, cumq; eo communionem habentes fornicamur. At hoc non decet ſanctam Chriſti ſponſam, quæ ſolum Chriſtum debet amare, amplecti & ſancto oſculo oſculari,

Facienda ſunt tria. I. Simus Virgines caſtæ

Facienda verò hæc ſunt. I. *Simus virgines caſtæ* ſoli Chriſto adhærendo, fidem ei ſervando ac virginitatem veſtram conſervando. Id quod tum fit, cum non polluimus, animas noſtras hæreſi & idololatria, quæ eſt ſpiritualis fornicatio: neq; corpora noſtra variis peccatis & inquinamentis. Quia falſa religio & vitæ contaminatio ſeparant nos à DEO. Nam DEUS & peccata ſunt contraria, quibus commu-

Simile.

nio eſt nulla 2. Cor. 6. Quemadmodum enim in V. T. Sacerdotes ducere cogebantur virgines Levit. 21, 13. Ita etiam Chriſtus verus N. T. Sacerdos talem ſibi virginem ſpiritualiter copulat, quæ à Diaboli, mundi, & propriæ carnis complexibus ſeſe integrā & immaculatam præſtat. Hinc, Apoc. 14. de Electis coram throno DEI, ſtantibus dicitur, quod ſint virgines, quæ cum mulieribus non ſunt coinquinatæ.

II. Induti ſimus Veſte nuptiali.

II. *Induti ſimus veſte nuptiali.* Nam nemo ad convivium, cœleſte vocatus DEO eſt gratus, ſi veſte nuptiali haud indutus apparet, ſicut patet ex parabola Chriſti de Nuptiis

regiis Matth. 22, Et Apoc. 3,18, monet
FiliusDEI omnes credentes: Suadeo
ut quisq; ſibi hæc veſtimenta compa-
ret, ut induatur, nec appareat dedecus
nuditatis ejus. Hæc autem veſtis non
eſt propria noſtra juſtitia. Hæ enim
eſt. ἐσπιλωμένος τῆς σαρκὸς χιτὼν, hoc
eſt maculata carnis noſtræ tunica.
Epiſtola Judæ v. 23. E. omnes noſtræ
juſtitiæ ſunt velut pannus menſtrua-
tæ (ſc. mulieris) Eſa. 64. Nos ſuper
pannum vitæ, quem operibus juſti-
tiæ teximus, jugiter ſtillamus ſaniem
diverſorum peccatorum, ſicut ele-
ganter ait *ſuntdrianus de Trajecto* in 4.
ſent. uti *Caſſander* refert. Quare hæc
veſtis carnalis dicut exui & projici:
quia nihil carnale & coinquinatum
ntrabit in regnum cœlorum 1. Cor.
15. Apoc. 21. Et contrà veſtis nova
& ſpiritualis debet aſſumi & indui.
Veſtis autem illa eſt *triplex*. 1. *Purpu-*
rea hæc eſt tincta ſanguine Filii DEI
Apoc. 7, 14. Hæc veſtis eſt ipſe
Chri-

Veſtis My-ſtua eſt triplex
1. Purpurea.

Christus cum toto ſuo merito. Hunc
verâ fide induimus Gal. 3.27. eoq́; nu-
ditas noſtra tegitur, & nos adverſus
æſtum iræ divinæ protegimur. Chri-
ſtum autem induimus, cum gratis per
fidem juſticia Chriſti nobis imputa-
tur, peccata nobis remittuntur, & nos
2 Candida & Byſsina cum DEO reconciliamur. 2. *Candida*
& byſsina ſtola Apoc. 19,8. qua creden-
tem indui oportet, hoc eſt, cum nos
Chriſtum vera fide indumius, decet
etiam nos eum induere, quoad vitæ
ſanctitatem Rom. 13. Eph. 4. id eſt
oportet nos ſpiritu mentis renovari &
DEO in vera ſanctitate & juſticia cun-
ctis diebus vitæ noſtræ ſervire Luc. 1.
Nam purpurea veſtis juſticiæ Chriſti
immaculata eſt ſervanda, ne ſuper e
jugiter ſtillemus ſaniem variorum
peccatorum. ſicut monet Filius DE
Apoc. 16,15. Beatus qui vigilat & cu-
ſtodit hæc ſua veſtimenta, ne nudu
ambulet & videantur pudenda ipſi
3. Aurea. 3. *Aurea* Pſal. 45. Ezech. 16. Hæc eſt ra-
dians Chriſti juſticia fulgens in vit
æterna. Hac veſte quando eſt indut
Chriſti ſponſa, eſt abſq; ruga atq; ma

cu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

cula Eph. 5. ſicut Sacerdotes in V. T.
induti erant veſtibus precioſis, cum
in tabernaculo coram conſpectu DEI
apparere debebant: Ita quoq; nos Sa-
cerdotes per ſanguinem Chriſti factos
Apoc. 1. juſticia Chriſti tanquam vera
veſte Sacerdotali indutos eſſe opor-
tet, ut coram facie DEI apparere poſ-
ſimus. Hæc eſt ornatus ille ſanctus, in
quo nos novi Sacerdotes offerimus
DEO hoſtias ſpirituales Pſal. 110. Tum
Eccleſia tota erit pulchra ut *Luna*, &
munda ut Sol Cantic. 6,9. Tum perfectè
implebitur, de quo Eccleſia Chriſti
ſponſa Eſa. 61, 10. gloriatur: Gau-
dens gaudebo in Domino, & exulta-
bit anima mea in DEO meo, quia in-
duit me veſtimẽtis ſalutis & indumẽ-
to juſticiæ operuit me quaſi ſponſum
ſacerdotali ornatu & quaſi ſponſam
ornatam monilibus ſuis.

Elegans ſimile.

III. *Ad cœnam cœleſtem invitati cum
gaudio veniamus.* ſicut habetur Apoc.
19. 7. Gaudeamus & exultemus & de-
mus gloriam illi: quia venerunt nup-
tiæ Agni & uxor ejus præparavit ſe, v.
8. Et datum eſt illi, ut cooperiat ſe byſ-

III. Ad cœnam cœleſtem invitati cum gaudio veniamus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

ſino puro & ſplendido (Byſſinum e-
nim ſunt juſtificationes ſanctorum)
v. 9. Et dicit mihi: Scribe. Beati qui
ad cænam nuptiarum Agni vocati
ſunt. Et dicit mihi: Hæc ſunt verba
DEI vera. O igitur beatos nos ac feli-
ces, qui à DEO omnipotente & cœle-
ſti hoſpite ad cænam magnam invita-
mur! Agnoſcamus hoc tempus gra-
tiæ, in quo viſitamur Luc. 29. Non ne-
gligamus cœleſte convivium, ſicut
invitati ad Cœnam magnam faciebãt,
agros boves & uxorem convivio cœ-
leſti, hoc eſt, terrena cœleſtibus, æter-
na caducis, & viſibilia inviſibilius præ-
ferentes. Luc. 14. Hi homines ſunt è
mundo, quorum venter theſauris DEI
terrenis eſt repletus Pſal. 17, 14. ſunt è
terra terreni. Joh. 3. & terreſtria cu-
rant: quorum finis perditio & DEUS
Elegans Typus Filiorum hujus Seculi.
venter, & gloria eorum in dedecore
ipſorum Pſal. 3. 19. Quorum typus e-
rat *Eſau*, qui primogenituram ſuam
rubro edulio vendebat Gen. 25, 33.
Ita ſæpe homines terrenè propter vo-
luptates, honores & mundanas opes
æterna bona perdunt, quæ in eo con-

ſiſtunt, quod Chriſtus nos Sacerdotes & Reges coram DEO Patre cœleſti fecit. Nam in ira ſua DEUS cœleſtis convivator contemtoribus cœnæ magnæ ait: Dico vobis, quod nemo virorum qui vocati (cœnam magnam cõtemſerunt) cœnam meam guſtabit Luc 14. Quod nobis dictum putemus. Veniamus igitur nos & guſtemus quã ſuavis ſit Dominus.

Hæc namq; eſt vera & viva DEI cognitio, quando bonitatem & ſuavitatem ejus actu experimur. Ut enim nemo mellis dulcedinem aut ignis calorem plenius novit, quam qui utriusq; vim experiendo magis quam audiendo percepit: Ita nemo DEI ſuavitatem & bonitatẽ perfectius intelligit, quã qui illius intra ſe vim frequentur expret⁹ eſt. Hujus igitur Cœnæ magnæ excellentia longè maxima nos quoq; invitet atq; adeo compellat, ut.

Ad cœnam agni providi
Et ſtolis albis candidi
Poſt, tranſitum maris rubri,
Chriſto canamus Principi.
Cujus corpus ſanctiſſimum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

In ara crucis torridum,
Cruore ejus roſeo
Guſtando vivimus DEO.

Quod ſupereſt, Chriſtum Paſtorem animarum noſtrarum rogamus: ut in paſcuis verbi ſui paſcat nos, aquis ſalutis potet & refocillet nos, in valle umbræ mortis virga ſua nos regat & baculo tegat menſamq́; adverſus hoſtes noſtros inſtruat. Miſericordia ipſius præveniat ac ſubſequatur nos, quæcunq; ſalubriter ſcienda neſcimus, doceat nos: in his, quæ vera ſcimus, cuſtodiat Nos: in quibus ut homines fallimur, corrigat nos: in quibus veris titubamus, confirmet nos, & à malis & noxiis eripiat nos, & tandem in domum cœleſtem introducat nos, ubi eſt ſumma & certa ſecuritas, ſecura tranquillitas, tranquilla jucunditas, “ jucunda felicitas, felix æternitas, “ æterna beatitas & beata Trinitas, “ & Trinitatis unitas, & unitatis Deitas, “ & Deitatis beata viſio, quemadmo- “ dum piè loquitur auguſtus ille Pater “ *Auguſtinus c, 31. Soli loquiorum.*

Cui trinuno DEO ſit laus, honor & gloria in ſempiterna ſecula. Amen.

PARAPHRASIS POETICA GEORGII Buchanani Pſalmi XXIII.

1. Quid fruſtrà rabidi me petitis Canes?
Livor propoſitum cur premis improbum?
Sicut Paſtor Ovem me Dominus regit:
Nil deerit penitùs mihi.

2. Per Campi viridis mitia pabula,
Quæ veris teneri pingit amænitas,
Num paſcor placidè, nunc ſaturum latus
Feſſus molliter explico.

3. Puræ rivus aquæ leniter adſtrepens
Membra reſtituit robora languidis,
Et blando recreat fomite Spiritus
Solis ſub face torrida.

4. Saltus cum peteret mens vaga devios,
Errorum tenebras illecebras ſequens,
Retraxit miſerans denuò me bonus
Paſtor juſtitiæ in Viam.

Nec, ſi per trepidas luctificâ manu
Intentet tenebras Mors mihi vulnera,
Formidem, Duce te, pergere: me pedo
Securum facies tuo.

Tu menſas Epulis accumulas merum
Tu plenis pateris ſufficis, & caput
Ungento exhilaras. Conficit æmulos,
Dum ſpectant, dolor anxius.

Me

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Me nunquam bonitas deſtituet tua,
Profuſusq; bonis perpetuò favor:
Et non ſollicitæ longa domi tuæ
Vitæ tempora tranſigam.

PARAHPRASIS SEBASTIANI Hornmoldi I. V. Doctoris & Poetæ coronati.

QUid eſt neceſſe vos canes feroculos
Procace me laceſſere,
Dolo? Vir unus ille dicor unguine,
Sacratus inter omnium.
1. Propagines Bidentis inſtar obtegor,
Nihil deeſſe mi poteſt.
JEHOVA namq; me gubernat, & regit
2. Ab ipſiusq; dexterâ
Ad arva ducor & reducor herbida.
Ad ambulacra limpidis
Aquis referta, purpurata, roſcida.
Ubi cubare molliter
Licebit: ac utrumq; languidum latus
3. Fovere ſole torridâ
Favillulâ flagrante propter uvidas
Strepentis amnis undulas.
Quid euge plùs poteſt adeſſe commodi?
Retraxit ille cor meum
Vagans per antra, ſubq; calle ſaxea.
Ad æquitatis arduam
4. Viam. Nihil timebo luridæ necis
Tenebricoſa funera;
Nec inferæ voraginis repagula.
Pede tuo refrigeror
Satis, nec eſt neceſſe plura poſcere.
5. Parata menſa regio
Modo ſit ante me, dapesq; cœlicæ
Pares in urbe luxui.
Et apparatus eſt, ut agmen hoſticum
Dolor pecurat æmulus.

Metaph

Merum deinde pleniore poculo
Mihi meisq; ſufficis,
Caputq; balſami liquore proluis
Fragrantis. Eia lenitas
Ubiq; nota ceu profuſa gratia
Fidele plasma diligat
Ob id domi tuæ dies ſuperſtites
Quietus usq; trianſigam.

PRECATIO Andreæ Wnnſtÿ adverſus Hoſtes Eccleſiæ quotidie ad Deum fundenda.

O Qui res hominum ſolio ſtellantis Olympi
Auguſtâ reſidens in Majeſtae gubernas:
Huc ades; & tanto præſens in turbine rerum
Affer opem: tenûes ſine te Spes omnis in auras
Vana volat; Superant infanda pericula vires
Humanas, dextræq; tuæ ſine viribus actum eſt.
Cernis ut irarum diris agitata procellis
Sæviat indomito mundi vis integra motu?
Nosq; feris petat exiguum, & ſine viribus, armis:
Pendentem tamen ex cœli bonitate popellum?
Aſpices ut tacitâ coaleſcant impia fraûde
Corda Tyrannorum, Reges immania nectant
Retia? certi animis priùs haud abſiſtere cœpto,
Quàm tibi ſacratum populum, ſemenq; piorum
Ut ferro, & flamma, ex imâ radice revellant:
Nulla vel ut ſuperent ſacri veſtigia cultus.
Ceu Leo compoſitis cœco latet unguibus antro:
Aſt ubi fortè armenta boum paſcentia vidit:
Ignescunt Oculi, prædæq; cupidine & irâ
Fervidus evolat, & patulas in ſanguine fauces
Irrigat, & terram numeroſâ cæde cruentat.
Inſuper hæc miſeris addunt convitia, menti
Vix toleranda piæ, cui tu ſpes una relicta es:
Arx qui veſtra DEUS nunc eſt? & ahenea turris?
Anchora? præſidium? ſcutum? munimen? aſylum?
Sic ajunt: divæq; illudunt robora dextræ
Itne impune DEUS? DEUS expergiſcere vindex;
Sollicitiq; tenax, præſenti Numine firma

Sepi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-117 8° 2127